


Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

- TM 1144

Theodor Matthesius
14. 10. 1996



¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶

D E

PRAEDESTINATIONE

BREVIS TRACTATVS.

¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶

Camporum

卷之三

三

THE DEPARTMENT

EFRAISCHÉ ENTRÉE

卷之三

D E
PRÆ DESTINATIONE
BREVIS TRACTATVS

Vbi etiam

De scientia media, de sensibus Sa-
cræ Scripturæ breuiter, & com-
pendiosè agitur.

A R. P. F. ALBERTO FONTANA

A N E A P O L I

Theologo, Prædicatore, Lectore, & Sacra
Inquisitionis Neapolitani Regni No-
tario, Ordin. Fratrum Minorum
S. Francisci de Observantia
elaboratus.



NEAPOLI, M.DC.XC.

Ex Typographia Francisci Mollo.

Superiorum facultate.

DE
PREDESTINATIONE
PRESERVATIVES

APOLLINARIS

De predestinatione & reprobatione
ex scripturam purissimam & certe-
tate concordemus.

ANNO X. A.D. 1591.

A. N. 1591.

Ex scripturam purissimam & certe-
tate concordemus. Namque non
potest esse certe, quod de scripturam
scriptum est, nisi de scripturam
scriptum est.

EX
SCRIPTURAM
PURISSIMAM
CERTATE CONCORDEMUS.

NAPOLI MDCCXC

Ex scripturam purissimam & certe-

te concordemus.

D. O. M.

TIbi, ò Sanctissima Trinitas, hoc opusculum, quod de Prædestinatione Sanctorum ; de efficacitate gratiæ , de nostro libero arbitrio , de Scientia media, de sensibus Sacrae Scripturæ breuitèr , & compendiosè agit, offero , & dedico ; quòd reuerà protector, illud esse tuum, & mihi dedisti, & communicasti, & à te accepi, & in hac pagina me illud notare , & inscribere fecisti : Nunc autem hoc ipsum tibi restituo, & consecro; & tuis sanctissimis pedibus repræsento. Si bonum est suscipe illud, tuere, & ab omnibus adversantium hominum calumnijs , & Principum infernalium contradictionibus fortiter , vt tuum est , & potenter defende; & omnibus nationibus

A 3 mmqz

mundi ad gloriam tuam , & tuorum
fidelium salutem mirabiliter expande;
& in facie tuæ veræ sponsæ Ecclesiæ
suauiter expone , vt omnia iusta iudi-
cia tua cunctis gentibus nota sint, pla-
cita, & manifesta . Si quid malum
propter aliquam meam imperfected-
nem , & imperfectam capacitatem in
ipso reperies, tolle illud de medio, oc-
cupa, & destrue , donec ad verum sen-
sum dederat, currat, & sistat: In tuo
ergo patrocinio spem habendo , non
dubito quin tutissimè varios mali-
gnorum incursum sustinere valeat. Hu-
miliando denique me totum Tibi , &
cœlesti curiæ , amplectendo tuos san-
ctissimos pedes , cum profunda facie
vñq; ad abyssum Tibi deinceps sem-
per reddam gratias infinitas.

Humillimus fidelis, seruus, & mancipium
F. Albertus Fontana à Neapoli.



Ad Lectorem.

PRUDENS, & piissime Lector, rogo,
me habere excusatum, si hoc bre-
ue, & arctum Opusculum de re tam
graui in lucem edidi, & in hominum
faciem praesentau. Non enim mea
presumptio fuit, doctos viros, magi-
stros, & sapientes varijs, & peregri-
nis medijs, quod in ipso agitur, edoce-
re, cum sim ipse minus doctus, & sa-
piens; sed ut tyrones breuiter, ac faci-
liter instruantur, & pie mentes homi-
num acquiescant; & quod multi ma-
gnis voluminibus demonstrarunt, pau-
cis verbis, & compendiosè, non disce-
dendo

dendo à veritate Catholica, & senten-
tijs Sanctorum Patrum, ad eorum au-
res intonetur. Benè ergo me iudico à
te gratum haberi, quando meis labori-
bus laborem aliorum suscepi, & tibi
obtuli, ut tu eorum doctrinam non la-
borando compendiosè, & faciliter per-
cipias. Talem ergo tua benignitate me
babe, & accipe hoc ipsum grātē, &
gratē do tibi amoreuolissimum. Vale.



D E



D E

PRÆDESTINATIONE
BREVIS TRACTATVS.



Non fontali plenitudine
Sapientiæ , scientiæ,
ac pietatis eius , qui
cuncta decreuit, Fo-
tana confisus , audet
in implicatum laby-
rinthum decretorum Dei pedes im-
mittere ; cùm reuera ipse testatur
nunquam iustissima Dei decreta, ac
electorum prædestinationem , dam-
natorumq; reprobationem aspexi-
se , vt se quasi insolenter in celebri
illo fabrefacto labyrintho Cretensi
non implicatus inueniatur . Erat
enim

2 DE PRÆDESTINATIONE

enim hic labyrinthus, ut multis nō-
tescit, quædam machina, & ædifi-
cium sic confusum, & laqueatum,
quod infelix erat ille, qui illuc in-
grediebatur incautè. Videbantur
enim ibi primo visu centum, & plu-
ra ostia, quæ mille aditus peregrino
monstrabant, qui dum adulabantur
oculos, mille ad pedes laqueos
præparabant, & per tam tortas, &
indirectas semitas iter ducebant;
quod cum ad principium, à quo
quis ingrediebatur, redire optabat;
decem, & viginti viæ opponentes
regressum frenabant, quod si iterum
antecellere sitiebat, plūs mens ip-
sius confundebatur, & magis exitus
difficilis videbatur; nam si viæ om-
nes facilem promittebāt egressum,
omnes hunc ipsum facilius denega-
bant: Vnde Theseus ab ipso laby-
rintho non evasisset; si illa amorosa
Arianna ipsi suo licio, ac filo non
præbuisset auxilium. O quam con-
fusus labyrinthus est humana præ-
destinatio, in quo benè centum pa-
cent

BREVIS TRACTATVS. 3

cent portæ , centumq; ac mille re-
gressus , ingressusq; doctrinarum vi-
dentur. videlicet scientiæ præscien-
tiæ , arbitrij , necessitatis , efficacitati
is diuinæ , libertatis creatæ , infallis-
bilitatis decreti , contingentia ter-
rum , efficacitatis gratiæ , libertatis
naturæ ; ac denique sufficientia au-
xilij , & reprobationis multorum
quæ omnia humānam mentem con-
fundunt , sensus implicant , & quasi
nostro cœco intellectu mille dar-
queos tendunt ; quod si intellectus
ipse cum christiana audacia per has
duas semitas , prædestinationis scili-
cket , & reprobationis , ut ipsarum
principium , & veritatem assequa-
tur , & intelligat , incēdere velit ; sit
ne dubio viam perderet , & se deci-
peret : cūm Paulus ad Rom. i l. n. 33 .
dicat : *Quām incomprehensibilia sunt
iudicia eius . & inuectigabiles viæ
eius . Nam multi , qui æstimabantur
reprobi , facti sunt salui ; & multi
salui , reprobi ; immo & ipsi Aposto-
li cūm tuti essent , dicente Dominorū*

Rom.

Gess.



4 DE PRÆDESTINATIONE

Iucæ Gaudete, quoniam nomina vestra
scripta sunt in Cælis. Lucæ 10.n.20.
etiam Iudas reprobus efficitur. Itaq;
occultissima, incerta, & obscura est
nostra prædestination, & solùm Deo
est nota, & manifesta; ac propterea
canit Ecclesia: Deus, cui soli cognitus
est numerus electorum in superna felici-
tate locandus. Cum igitur nos in
hoc agone de prædestinatione San-
ctorum, & reprobatione damnato-
rum agere debeamus, ad ipsum,
inquam, Deum accedere propere-
mus, ut gressus nostros suo funiculo
dirigat, & laureati ab hoc inextricabili
labyrintho discedamus; quod
infallibiliter spero, si fons ipse inde-
ficiens aquam Fontanæ refundat.



DL

BREVIS TRACTATVS.

Disputatio Vnica.

An prædestinatio hominis fiat ex
præuisis meritis.

Respondetur negatiuē. Hæc sententia est Scoti in 1. dist. 41. q. vñica, quod probatur; primò auctoritate Sacrae Scripturæ. Nam diuus Paulus ad Titum, *Ad Tit.* 3. n. 5. inquit: "Non ex operibus iustificam⁹, quæ fecimus nos; sed secundum misericordiam suam saluos non fecit. Item ad Ephesios. 1. n. 11. inquit: In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue; igitur si operatur omnia secundum suum consilium, in operando non pendet ex creaturis; ergo neque ex meritis.

Secundò probatur auctoritate diuini Augustini lib. de correctione, & gratia, *August.* cap. 7. dicentis: Multi sunt vocati, pauci verè electi; sed quoniam secundum proposi-
tum vocati sunt, profectò electi sunt per electionem gratiæ, non præcedentium meritorum; quia gratia est illis omne meritum; ergo clare patet, quod prædestinatio non sic ex præuisis meritis.

Ter-

6 DE PRÆDESTINATIONE

Tertiò probatur ex diffinitione ipsius prædestinationis. Nam prædestination ex 3

August. S. August. de dono perseverantie cap. 14.

Est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicunq; liberantur. Si ergo beneficio Dei liberantur: ergo non ex meritis, sed ex gratia, & beneficio Dei. Item prædestination ex Scot. in 1. dist. 40. q. 1. & 2., & in 3. dist. 7. q. 3. lit. A. Est supernaturalis ordinatio aeternas, & efficax in mente diuina alicuius creaturae intellectualis ad gloriam principaliter, & ad alia in ordine ad gloriam; ergo prius est prædestination creaturæ intellectualis ad gloriam, quam ad merita.

Quartò probatur auctoritate Concil.

Trid. Trid.lett. 6. cap. 8. in fine, dicentis: *Gratis autem iustificari ideò dicamur, quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur; si enim gratia est, iam non ex operibus, alioquin, ut idem Apost. Rom. 11.*

Rom. nu. 6. inquit: *Gratia iam non est gratia. Si ergo sic loquitur Concilium de gratia iustificante, quæ semper supponit aliquæ nostrum actum, & operationem, scilicet amoris, fidelitatis, humiliationis, ut in sacramento baptismi; contritionis, attritionis, confessionis, satisfactionis, & humiliacis, ut in sacramento pœnitentizi;*
ergo

BREVIS TRACTATVS. 7

ergo multo magis hoc dicendum de prædestinatione, quæ nullum supponit actum,
& operationem nostram, nec merita in
ordine intentionis, ut inquit Apost. ut
supr. num. 1. ubi * quia prædestinatio est
fauor, & gratia à Deo nobis facta, & con-
cessa ante prævisionem meritorum,

Quintò probatur ratione ipsius Scoti
5 in p. dist. 41. q. vnicā, §. potest aliter dici:
Ordinate volens prius vult finem, quam media ad finem; sed Deus est ordinatissime volens, & ultimus finis homini est beatitudo, & gloria; gratia autem fides, merita, & bonus usus liberi arbitrii sunt media ad hunc finem; ergo prius Deus vult homini beatitudinem, & gloriam, quam aliquid istorum: ergo beatitudo, & prædestinatio ad ipsam non est ex præuisis meritis, sed ex gratia, & decreto Dei absoluto.

Quòd si dicas: Si prædestinatio penderet ex decreto absoluto diuinæ voluntatis, & non ex præuisis meritis, tolleretur libertas voluntatis creatæ. Probatur, quia posito tali decreto, necessariò sequitur effectus illius decreti: ergo voluntas creata in ordine executionis necessariò se-determinabit ad partem illam, determinatam à Deo.

7 Respondetur*, quòd non tollitur libertas, etiam si effectus prædestinationis



8 DE PRÆDESTINATIONE

necessariò sequatur ; quia ista necessitas non est necessitas simpliciter, absoluta, & coactionis ; sed est necessitas secundum quid ; est necessitas consequentia, suppositionis, & immutabilitatis ; est necessitas infallibilitatis, & potius debet dici infallibilitas, quam necessitas ; ac propterè dico , quod effectus decreti Diuini non necessariò necessitate absoluta sequitur ad ipsum decretum , sed infallibiliter ; quia si effectus decreti Diuini necessariò necessitate absoluta sequeretur, voluntas creata esset necessitata , & coarctata ad ponendum talem effectum ; quod est falsum ; quia semper voluntas creata potest ponere oppositum , iuxta illud Concil. Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4. dicentis : Auxilium, seu gratiam Dei trahentem, adiuuantem, & excitantem non esse rationem, cui resisti non potest. Ergo quamvis effectus decreti Diuini necessariò, seu infallibiliter sequatur , & voluntas creata necessariò , seu infallibiliter ponat illum, semper voluntas creata erit libera : tūm quia , ut dictum est , quod voluntas semper potest ponere oppositum , iuxta illud Concil. , ut supra ; tūm quia Deus scit ita dulciter , & suauiter disponere omnia , ut voluntas creata libere ponat actum , seu effectum suum eo modo , quo decer-
mi.

Trid.

BREVIS TRACTATVS. 9
minatum est à voluntate Diuina.

Hoc autem probatur ex Diuo Augustino tract. 17. in Ioannem, qui inquit: *Vox Augusti.* *Et secreta sic agit sensum,* *vt accomodet assensum;* & cap. 6. tract. 26. in Ioannem post initium tomo 9. inquit: *Noli cogitare, te inuitum trahi: trahitur animus, & amore; quod de gratia efficaci intelligitur.* Probatur etiam exemplo, eiusdem Augustini in eodem loco dicentis: *Ramum viridem ostendis ovi, & trahis illam;* & nuces puerο demonstrantur, & trahitur puer. Quomodo trahitur puer? Non *vi*, non *coacte*, sed *libere*, non *necessitate*, sed *voluntate*, & *voluptate*; non *obligatione*, sed *delectatione*. Etenim si poetæ dicere licuit: (*trahit sua quemque voluptas:*) non *necessitas*, non *obligatio*, sed *delectatio*; quanto magis nos debemus dicere, quod homo, qui *delectatur veritate, iustitia, beatitudine, & aeterna vita*, qui est Christus, *liberè trahitur ad Christum*. Ergo clare patet ex Diuo Augustino, quod cum tali necessitate, sed melius cum tali infallibilitate effectus Diuini decreti possit stare libertas arbitrij creati.

Contra. Ex Sacra Scriptura Esther. *Esther.*
9 13. n. 9. habetur: * *Nemo est, qui tuæ possit resistere voluntati.* Ergo voluntas non potest ponere oppositum decreti Diuini.

B

Re-

10 DE PRÆDESTINATIONE

Respondetur, quod hæc scriptura verificatur de infallibilitate effectus Diuini decreti. Nam certum est, effectum decreti Diuini præordinatum à Deo, non posse aliter euenire, aliter falleretur scientia Dei: non autem de libertate arbitrij creati, qui semper est indifferens ad utramque partem, usquequā accedat ad terminum, & ad finem, & ad effectum illius decreti; & ita licet voluntas creata non ponat oppositum decreti Diuini, potest tamen ponere oppositum, & sic semper remanet libera.

Contra. Frustra est illa potentia, quæ 10 nunquam reducitur ad actum; sed posito decreto Diuino, voluntas creata nunquam ponet oppositum: ergo neque potest ponere oppositum.

S. Bonaventura l. 3. dist. 1. artic. 2. q. 2. respondendo ad secundum; quod multæ potentiae sunt, quæ nunquam reducuntur ad actum, nec tamen frustra sunt; quia nobilitatem, & dignitatem naturæ attestantur. Etenim Christus habuit potentiam ad ridendum, nunquam tamen dicitur, quod riserit; sed tunc potentia dicitur frustra, dum ad actum non reducitur, & tamen ad actum tempus, & locus exigunt reduci. Vel dic secundò, quod hoc est verum de pot-

BREVIS TRACTATVS 11

potentij non impeditis ab aliquibus cau-
fis intrinsecis, siue extrinsecis: modo vo-
luntas nostra potest ponere oppositum
decreti Dei, quia semper est libera; non
tamen ponet oppositum, propter infal-
libilitatem effectus; à Deo ab æterno de-
terminati. Vel dic tertio, quod propo-
sitio est vera, quando nullum sequitur in-
conueniens, & repugnantia ponendo
actum; quando verò est aliqua repugnan-
tia, vel inconuenientia ponendo actum,
tunc bene potest esse potentia absque eo,
quod ponatur actus. Sic exempli gratia:
Deus de potentia absoluta potest libera-
re damnatum ab inferis, tamen hoc nun-
quam faciet; quia tunc Deus mutaretur,
& in ipso non esset scientia futurorum.
Similiter voluntas creata potest ponere
oppositum voluntatis, & decreti Diuini,
nunquam tamen ponet oppositum; quia
tunc destrueretur infallibilis scientia
Dei,

11 Quod si dicas: ex hoc, quod dictum est,
scilicet, quod voluntas creata potest po-
nere oppositum decreti Dei, sequitur, quod
prædestinatus, ut prædestinatus, etiam in
senso composito, & reduplicativo, posset
damnari, quod videtur prima facie esse
falsum.

Respondetur, quod si sensus composi-

B 2

tus

12 DE PRÆDESTINATIONE

tus componit decretum Dei efficax cum infallibilitate effectus futuri illius decreti, & sic dico, quod in sensu composito nec prædestinatus potest damnari, nec voluntas potest resistere, & ponere oppositum illius decreti; quia effectus decreti Dei infallibilis est, & sic intelligitur illud

Esther. Esther 13.nu.9. vt supr.num.9. vbi*. Vel sensus iste compositus componit decretum Dei efficax cum voluntate creata remanente adhuc formaliter indeterminata, & in sua indifferentia; & sic dico; quod etiam in sensu composito prædestinatus potest damnari, & voluntas creata potest resistere voluntati Dei, & ponere oppositum eius decreti, & sic intelligitur illud Concilij Trid. sess. 6. vt supr. numero 8. vbi*, vide Scotum in 1.dist.40. q.vnica.

Quod si dicas: si hoc esset verum, quod prædestination esset ex decreto Dei absolu-
to; sequeretur, quod Deus esset accepta-
tor personarum; quia prædestinat quem
sibi placet.

Respondetur, quod non est acceptator
personarum; quia omnibus dat auxilium
sufficiens, & nemini facit iniuriam: quod
potest probari exemplo Christi Domini

Matth. apud Matth. 20.nu.1. de eo, qui conduxit
operarios in vineam suam, alium ad ho-
ram primam, alium ad horam tertiam,
alium

BREVIS TRACTATVS. 13

alium verò ad horam vndecimā; & omnibus dedit singulos denarios . V etiam alio exemplo eiusdem Matth. 15. nu. 15. Matth. de eo , qui vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua , & vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum.

Et hoc est illud, quod dicit Apostolus

13 Rom. 9. num. 20. * O homo tu quis es, qui re- **Rom.**

* spondeas Deo ? Nunquid dicit figuratum ei, qui se fixit ; quid me fecisti sic ? An non habet potestatem figulus lutii ex eadem massa facere aliud quidem vas in honore, aliud verò in contumeliam. Ergo cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat. Misericordiam eius, ut ostendat misericordiam suam ; indurat alium, ut ostendat iustitiam. (misericordia enim unius, & induratio alii non sine magna ratione, inquit Diuus Ambrosius ; quia ipse bene scit, cuius misereri, & quem indurare debet. Si ergo lutum, quod est in potentia neutra ad omnem formam, non potest conqueri de figulo dicendo : quare me fecisti sic: multo magis nos , qui sumus in potentia obedientiali respectu Dei, non possumus de Deo conqueri , dicendo : quare etiam , & nos non predestinat, & cum efficaci intentione non vocat , ac proinde , quare etiā nobis non dat gratiam in tali opportunitate temporis , & loci congruam , & contine-

B 3 pera-



14 DE PRÆDESTINATIONE.
peratam libero arbitrio taliter disposito? &c.

Ad hoc propositum iudico adducendam esse doctrinam Scotti in sententiis dist. 41. q. vna in corpore, §. cōtra 14. istud Petrus, & Iudas * : in quo loco sic * Scotti. arguitur ad oppositum: Petrus, & Iudas æquales; in naturalibus voliti à Deo in esse existentia: in illo instanti, in quo offeruntur voluntati diuinæ in existentia naturali, & æquales; Deus prius, per te, vult Petro beatitudinem. Quæro, tunc quid vult Iudæ? si damnationem; habetur propositum, scilicet, quod Deus sit acceptator personarum; quia reprobatur Iudam sine omni causa: si beatitudinem: ergo prædestinat Iudam, quod est falsum.

Scoti. Respondet ipse Scottus, quod in isto primo instanti naturæ, quando Deus vult positivè Petro beatitudinem, nihil positivè vult Iudæ, sed tantum negatiue; quia est ibi respectu Iudæ tantum negatio voluntionis ad gloriam. Similiter quasi in secundo instanti naturæ, quando Deus positivè vult Petro gratiam, adhuc nullus actus positivius voluntatis diuinæ est circa Iudam, sed tantum negatiuus; quia est ibi respectu Iudæ tantum negatio voluntionis ad gratiam. In tertio instanti, quando vult Deus permittere Petrum esse

BREVIS TRACTATVS 15

esse de massa perditionis, siue dignum
perditione; & hoc siue propter peccatum
originale, siue actuale: & tunc simili mo-
do vult etiam permettere, Iudam esse de
massa perditionis, siue filium perditionis:
& hic est primus actus positivus, unifor-
mis quidem circa Petrum, & Iudam; sed
ex isto actu est istud verum: Iudas erit fi-
naliter peccator, positis illis supra dictis
negationibus; scilicet, quod non vult
Deus ipsum Iudam ad gloriam, & gra-
tiam. In quarto instanti offertur Iudas
voluntati diuina, ut finaliter peccator, &
tunc ipse Deus vult iustè, & positivè pu-
nire, & reprobare Iudam: ergo si Deus
positivè punit Iudam, punit propter pec-
catum: ergo non est acceptator persona-
rum.

Sed quia posset quis arguere contra
15 hanc Scotti doctrinam dupli via. Primo
sic. Si quæ esset ratio, qua vos cum Scoto
dicitis, in Deo ab æterno dari reproba-
tionem negatiuam, seu negationem voli-
tionis Iudæ ad gloriam, & gratiam; vti-
que est ad saluandam libertatem creatâ,
& tollendam à Deo acceptanceem per-
sonarum; sed hæc reprobatio negativa,
seu negatio volitionis Iudæ ad gloriam,
& gratiam magis officit, & opprimit li-
bertatem creatam; ergo mala vestra con-
clu-

16 DE PRÆDESTINATIONE.

clusio . Probatur minor : positis negationibus ad gloriam , & gratiam Iudas erit finaliter peccator per Scotum ubi suprà ergo negationes ad gloriam , & gratiam sunt causa peccati finalis Iudæ , & reprobationis eius . Probatur consequentia : positis negationibus ad gloriam , & gratiam , Iudas erit finaliter peccator , & reprobis : ergo sublatis negationibus ad gloriam , & gratiam , Iudas non erit finaliter peccator , & reprobis , sicut & Petrus : ergo negationes ad gloriam , & gratiam sunt causa finalis peccati Iudæ , & reprobationis eius ; sed hæ negationes sunt à Deo : ergo à Deo tollitur creata libertas Iudæ , & per consequens omnium reproborum .

Secundò . Tota ratio , qua per vos Deus in primo instanti naturæ non re- 16 probat positivè Iudam , est ; quia si reprobaret positivè Iudam , tolleretur libertas Iudæ , & esset acceptator personarum : ergo quia prædestinat in primo instanti positivè Petrum , tollitur libertas Petri , & etiam est acceptator personarum . Probatur consequentia : quia oppositorum eadem est disciplina ; sed prædestinationis , & reprobatio modo essent opposita : ergo prædestinationis , & reprobationis eadē est disciplina : ergo si reprobādo in primo in-

BREVIS TRACTATVS. 17

instanti positiuè Iudam non ex demeritis, tollitur libertas Iudæ , prædestinando in primo instanti positiuè Petrum non ex meritis, tollitur libertas Petri . Quod autem nunc prædestinatio, & reprobatio essent opposita, non disparata probatur: quia si reprobatio positiva Iudæ esset in primo instanti naturæ , non esset ex demeritis, sed à voluntate absoluta diuina, sicut prædestinatio Petri facta in primo instanti naturæ non ex meritis, etiam est à voluntate absoluta diuina: ergo tamen prædestinatio Petri, quam reprobatio Iudæ penderet ab uno principio, scilicet, ab una voluntate absoluta diuina: ergo essent opposita, & non disparata: ergo eadem esset disciplina amborum: ergo si reprobando in primo instanti naturæ positiuè Iudam non ex demeritis, tolleretur libertas Iudæ ; prædestinando in primo instanti naturæ positiuè Petrum non ex meritis, tollitur libertas Petri.

Respondeatur ad 1.

- 17 Respondeatur ad primum cum Scoto in eodem loco vbi supra, respondendo ad secundum principale: quod aliquando sunt aliqua duo æque amabilia , volabilia , & ordinabilia ad aliquem finem , quæ ex parte ipsorum habent rationem illam , scilicet, bonitatem , propter quam sunt aman-

18 DE PRÆDESTINATIONE.

amanda, volenda, & ordinanda ab aliqua voluntate creata ad talem finem; quia bonitas ipsorum est ratio, qua ipsa sint rectè amanda, volenda, & ordinanda ab ipsa voluntate creata ad talem finem. Voluntas autem hæc supradicta, scilicet, voluntas creata acceptans tantum alterum illorum ad talem finem, peccat secundū acceptationem personarum; qui abbonitas amborum est æquè ratio, qua ipsa sint rectè amanda, volenda, acceptanda, & ordinanda ab ipsa voluntate creata ad talem finem. Non sic voluntas increata respectu boni creaturarum, quæ sunt distinctæ à voluntate sua, & à sua diuina essentia; quia in eis non est bonitas, quæ sit ipsi voluntati diuinæ ratio, qua ipsæ creaturæ ab ipsa voluntate diuina sint rectè amandæ, volendæ, acceptandæ, & ordinandæ ad talem finem: qualis est bonitas infinita, in qua est ratio, qua à voluntate diuina sit amanda, volenda, &c.: & ideo si hæc voluntas increata aliquam tatum ipsarum creaturarū amat, vult, acceptat, & ordinat ad tale finem, scilicet, ad gloriam, & gratiam, nō peccat in acceptatione personarū, neq; facit alicui iniuriam; quia neminem tenetur amare, velle, acceptare, & ordinare ad tale finem, ad gloriam, s.f., & gratiam; cùm in nemine ipsarum creaturarum

BREVIS TRACTATVS 19

rarum sit talis bonitas, quæ sit ratio, qua
sint amandæ, volendæ, &c. quod si ali-
quam creaturam ad talem finem ordinat,
est ex mera bonitate, & liberalitate sua.
Ad argumentum igitur in forma respon-
dendo, dico: quod in Petro, & Iuda non
est bonitas, quæ sit ratio, qua ipsi sint
amandi, volendi, acceptandi, & ordinan-
di à voluntate diuina ad gloriam, & grā-
tiam; quod si acceptat tantummodo Pe-
trum, hoc facit ex sua bonitate; quia sic
ei placet; & si non acceptat Iudam, non
peccat secundum acceptationem perso-
narum, neq; facit ei iniuriam; quia nulla
ratio est in Iuda, qua tenetur diuina vo-
luntas acceptare illum.* Inquit enim S.

* Augustinus lib. 1. ad Simplicianum ad hoc August.
propositum: Exigente à quo potest; donan-
te cui placet; qui nequaquam exigit in debi-
tum, & nequaquam donat alienum. Et in
Sacra Scriptura Exodi 33.ii.19. habetur: * Exodi.

* Miserebor cui voluero, & clemens ero in
quem mihi placuerit. Hoc autem confirmat
diuus Paulus ad Rom. 9. num. 11. dicens; Rom.

Cum enim non dum nati fuissent, aut ali-
quid boni egissent, aut mali, ut secundum
electionem propositum Dei maneret; non
ex operibus, sed ex vocante dictum est ei:
quia maior seruiet minori; sicut scriptum
est: Jacob dilexi, Esau autem odio habeti:

ergo



20 DE PRÆDESTINATIONE.

ergo cuius vult miseretur, & quem vult
indurat. Et denique hoc idem explicat
idem Paulus de Figulo, ut dictum est su-
pra numero 13. vbi *, dicens: O homo tu
qui es, &c.

Ad secundum respondetur: quod nun- 19
quam Deus reprobatur in primo signo, seù
in primo instanti naturę positiuę Iudam;
& si sic faceret, non solum esset accepta-
tor personarum, & libertatem Iudæ tol-
leret, sed etiam esset iniustus, quia sine
ulla ratione, & causa coacte reprobaret
illum. Prædestinando autem in primo si-
gno, seù in primo instanti naturę positi-
uę Petrum, non tollit libertatem Petri;
quia non coacte illum pærdestinat, sed
liberè consentiendo ipse Petrus ad talem
aëtum; quia Deus ita dulciter, & suauiter
in tempore trahit illum ad vitam, vt li-
berè ipse trahatur ad vitam, vt dictum
est supra numero 8. vbi *, & quando præ-
destinavit ab æterno Petrum ad vitam,
simil cum voluntate Petri virtualiter, &
eminenter existente in ipsa voluntate di-
uina prædestinavit illum, vt etiam clari-
tius alibi, & in alio loco dictum est.

Cum ergo reprobatio Iudæ eo modo
facta, scilicet, positiuę in primo signo, seù
in primo instanti naturę esset actus iniu-
sitię, & prædestinatio Petri sic facta in
primo

BREVIS TRACRATVS 21

primo instanti naturę sit actus amoris, & charitatis; & actus iniusticie, & actus amoris non sunt opposita, sed disparata; sicut etiam disparata sunt actus iusticie, & actus amoris; opposita vero sunt actus iniusticie, & actus iniusticie; sequitur, quod cum reprobatio Iudae omnimodè facta siue positiue in primo signo naturę, quod est falsum; siue in quarto signo, seù in quarto instanti naturę, ut est verum, & predestinatione Petri nullo modo sint opposita, sed semper disparate concurrant, non sequitur, quod si Deus reprobaret in primo instanti naturę positiue Iudam tolleretur libertas Iudei; ergo predestinando in primo instanti naturę positiue Petrum, tollitur etiam libertas Petri; quia non est amorum eadem disciplina; quia non sunt opposita, sed desperata.

Sed iterum obijcies. Cur in illo primo 20 signo, seù in primo instanti naturę positiue voluit Deus Petro beatitudinem, & nihil Iudae: ergo videtur acceptator personarum.

Respondeatur primo; quia sic ei placuit, & nemini fit iniuria; quod potest probari cum illis supradictis scripturis: & primo Augustini lib. 1. ad Simplicianum, dicitur: Exigenie à quo potest; donante cui placeat; qui nequaquam exigit in debitum,

¶



22 DE PRÆDESTINATIONE.

& nequaquam donat alienū. Secundò Exodi. di 33.n.19. vbi dicitur : Miserebor cui volunt ero, & clemens ero in quem mihi placnerit; sicut suprà dictum est nu.18.vbi. Ac Rom. deniq; diui Pauli ad Rom.9.nu.20. dicnatis: O homo, tu quis es, qui respondens Deo, &c. vide suprà nu.13. vbi*.*

Respondetur secundò, quod Deus voluntate antecedenti, beneplaciti, & simplicis complacentiae habet equarem affectum saluandi omnes, scilicet, Petrum, Iudam, & ceteros alios, tamen voluntate consequenti, & efficaci vult tantum Petrum, & omnes electos saluos fieri.

Scoti. Respondetur tertio cum Scoto vbi suprà littera C., quod voluit Deus Petro beatitudinem, & nihil Iude, ut ostenderet suas perfectiones scilicet, misericordiam cum Petro, & iusticiam cum Iude. Et hoc est illud, quod dicit Apostolus Rom.9.nu.22. Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa irae apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriae suae in vasa misericordiae, quæ preparauit in Exodi. gloria. Et Exodi 9. num. 16. inquit Deus Pharaoni: Idcirco autem posui te (idest excitaui te) ut ostendam in te fortitudinem meam, (idest virtutem meam, seu iusticiam meam,) ut annuncietur nomen meum in omni terra.

Re-



BREVIS TRACTATVS. 23

21 Respondetur quartò, quod in perscrutabiliā sunt iudicia Dei, & investigabiles viæ eius, iuxta illud Diui Pauli ad Rom. Rom.
11.nu.33. qui etiam num.34. inquit: *Quis enim cognovit sensum Domini, aut consiliarius eius fuit.* Verum dico, hoc esse certum, Deum esse perfectum, sanctum, & iustum; aliter non esset Deus: si ergo Deus est iustus, non potest nobis facere iniustitiam, & per hoc omnis mens humana quietari potest; debeamus nos ergo bona facere expectando ex iustitia retributio nem meritorum, quia iustus est Dominus, & rectum iudicium suū. Et hoc est illud, quod dicit Apostolus Petrus epist. 2. cap. 1.num.10. *Sicut agite ut per bona opera vestra certam vestram vocationem, & electionem faciatis.*

Sed iterum instatur, Prædestinatio, &
22 decretū Dei virtute præpositionis (præ) dicit, & facit suppositionem antecedentem ad actum voluntatis creatæ; sed decretum Dei est infallibile: ergo coartatur voluntas ad ponendū effectum decreti præsuppositi, & præordinati à Deo: ergo tollitur libertas creata.

Respondetur, quod prædestinatio, & decretū Dei virtute præpositionis (præ) nō facit suppositionem antecedentem, sed cōcomitantem, & i.y (præ) nihil aliud dicit,



24 DE PRÆDESTINATIONE:

Nisi id, quod ab eterno in intentione Dei, & intentionaliter ab ipso Deo determinatur, executuè ab ipsa voluntate creata liberè operante ponitur in tempore. Nam quando Deus prædestinavit aliquem ad gloriam, illum prædestinavit non ex meritis, quantum merita sunt causa vitae æternæ, sed cum meritis liberè ab ipso prædestinato exhibitis: etenim qui prædestinavit finem, prædestinavit etiā media ad finem, ut sūt merita: ergo in isto decreto includuntur merita liberè exhibita; sed merita, & opera meritoria pendent à voluntate creata liberè se exercēte: ergo in isto decreto includitur voluntas creata liberè se exercens, & operans: ergo decretum i stud, & prædestinationē nō præcedit, sed concomitantur cum voluntate creata liberè se exercente, & determinante: ergo si voluntas libera manet in decreto, non tollitur eius libertas per decretum, & prædestinationem; quia prædestinationē diuina, & decretū Dei nō facit suppositionem antecedentem, sed concomitantem, ut dictum est supra.

Dices, si reprobatio est ex præuisis de- 23
meritis per Scotum ubi supra: ergo etiam prædestinationē est ex præuisis meritis.

Respondeatur. Negando consequentiā; quia actus prædestinationis est actus amoris, & charitatis; & actus reprobationis est

BREVIS TRACTATUS 25

est actus iustitiae: ad actum autem iustitiae
requiritur meritum, vel demeritum, non
autem ad actum charitatis: ergo non se-
quitur; quod si reprobatio sit ex praeuisis
demeritis, predestinatione etiam debet fieri
ex praeuisis meritis.

Dices: Oppositorum eadem est disciplina;
sed predestinatione, & reprobatione sunt
opposita: ergo predestinationis, & reproba-
tionis eadem est disciplina; sed predesti-
natione non est ex praeuisis meritis: ergo ne-
que reprobatio est ex praeuisis de meritis.

Respondeatur; quod verum est, quod op-
positorum eadem est disciplina, quando
opposita oriuntur ex uno principio, &
habent unum fundamentum, tamen eo-
rum genus, ut patet de albedine, & nigre-
dine, quae conueniunt in genere coloris,
tamen in uno principio, à quo originan-
tur, & sic de singulis; sed predestinatione, &
reprobatione habent duo principia; prede-
stinatione enim pendet ab actu charitatis, &
absoluta voluntate diuina, & reprobatione
ab actu iustitiae, & ab operibus nostris: ac
propterea possumus dicere, quod prede-
stinatione, & reprobatione non sunt opposita,
sed disparata; & ita predestinationis, &
reprobationis non est eadem disciplina: ergo
non sequitur, quod si predestinatione non
est ex praeuisis meritis, neque reprobatio
erit

26 DE PRÆDESTINATIONE.
erit ex præuisis demeritis.

Dices: Si prædestinatio ad gloriam es-
set ante prævisionē meritorum; sequere- 24
tur, quod etiam si merita nō essent, adhuc
electi consequerentur gloriam, patet hæc
cosequentia; quia prædestinatio illa est ef-
ficax, & absoluta, quæ frustrari nō potest.

Respondeatur primò. Negando seque-
lam; quia licet ipsa formalis electio sit
gratuita: tamen ista electio terminatur
ad gloriam, ut ad præmium, & coronam
meritorum; & sic virtualiter in prædesti-
natione illa includitur ordo ad merita,
quamvis formaliter pro illo signo non
fuerint præuisa merita. Respondeatur se-
cundò, quod licet electio sit gratuita, &
non ex præuisis meritis; tamen Deus, qui
determinauit electos ad gloriam, deter-
minauit illos non absolute ducere ad glo-
riam, sed cum aliquibus meritis; quia licet
Deus ordine intentionis determinauerit
electos ad gloriam, & ad tam gloriam;
tamen decreuit etiam ab æterno, quod in
ordine executionis nō conferatur electis
gloria, nisi præcedentibus meritis.

Dices ante merita, vel demerita Pe- 25
trus, & omnis electus est volitus, & præ-
destinatus ad gloriam; & Iudas, & om-
nis reprobis non volitus ad gloriam ex
Scoto, ut supr. num. 14. vbi*: ergo nullo
habi-

BREVIS TRACTATVS. 41

habito respectu ad merita , vel demerita,
qui est prædestinatus saluabitur , & qui
est reprobis damnabitur : ergo non de-
beamus curare de bonis , vel de malis
operibus . Ad quòd ergo tot commina-
tiones , & cohortationes Sacræ Scripturæ
in multis locis , & præcipue in Epist. 2.

37 Petri cap.1.n.10. , vbi dicitur : * Satagi-
* te , vt per bona opera vestra , certam ve-
stram vocationem , & electionem faciatis ;
si prædestinatio non pendet ex meritis.

Respondetur , quòd cùm nos nescia-
mus an simus prædestinati , vel reprobati ,
debemus semper benefacere; quia quam-
uis prædestinatio in intentione Dei sic
ab æterno independens à meritis ; tamen
decreuit Deus , vt in ordine executionis
non detur gloria , nisi ex operibus no-
stris ; ista enim opera , & merita implent
certitudinaliter effectum prædestinatio-
nis; ergo debemus semper benefacere , vt
per bona opera nostra , certam nostram
vocationem , & electionem faciamus . Et
hoc est illud , quod dicit Apostolus in
sua Epist.2. nupèr superius allata num,

37. vbi *

Dices: inquit diuus Paulus Epist.2.ad 2. Ti.
38 Timotheum.4.n.7. Bonum certamen cer- moth.
taui , cursum consumauit , fidem seruauit ; in
reliquo reposita est mihi corona iustitie.

D Item



42 DE PRÆDESTINATIONE

Item ad eundem Timoth. in eadem epist.

2. n. 5 inquit: *Non coronabitur, nisi qui
legitimè certauerit.* Item Matth. 5. n. 12.

Metib. inquit: *Gaudete, & exultate; quia merces
vestra copiosa est in Cælis.* Si ergo gloria
est merces, & pro certamine datur, & te-
netur Deus ex iustitia dare illam: ergo
ex merito datur, & non gratis: ergo præ-
destinatio est ex præuisis meritis, & non
gratuita.

Respondetur ad primam diui Pauli
scripturam, quod opera nostra absolute
loquendo non merentur ex iustitia glo-
riam; cum gloria sit infinita, & merita
sunt finita, & nulla proportio est inter fi-
nitum, & infinitum; tamen dicitur ex ius-
titia, ex pacto initio inter Deum, & crea-
turam, & ex promissione à Deo facta.
Nam posito, quod Deus dixerit in cap.
19. Matth. n. 17. *Si vis ad vitam ingredi,
serua mandata;* sequitur, quod quicumque
obseruauerit ea, tenetur illi Deus ex ius-
titia dare vitam, & gloriam. Ad aliam
dini Pauli dicimus, quod licet in ordine
intentionis prædestinatio non sit ex præ-
uisis meritis; tamen in ordine execu-
tio-
nis nemini datur gloria, nisi prius legitimi-
mè certauerit; id est nisi ex præcedenti-
bus meritis. & ad illam Matth. dicimus
similiter, quod, absolute loquendo, glo-
ria

BREVIS TRACTATVS. 43

ria non est merces, sed donum; est autem
merces ex pacto initio.

Concludimus ergo, quod ex omnibus
supradictis auctoritatibus Sacrae Scriptu-
ræ, & Sanctorum Patrum, & rationibus
39 benè probatum remanet, prædestinatio-
nem nostram non esse ex præuisis meri-
tis, sed ex decreto Dei absoluto, & cum
hoc saluatur libertas arbitrij creati. Con-
cludimus etiam, quod licet prædestina-
cio hominum, & Angelorum ad glo-
riam, & ad tantam gloriam in ordine in-
tentionis sic antè præuisionem merito-
rum; tamen decreuit Deus etiam ab
æterno, quod in ordine executionis non
conferatur ipsis nec gloria, nec tanta
gloria, nisi præcedentibus meritis. Immò
non solum homines, sed etiam Angeli
proprio merito in ordine executionis fi-
bi ipsis meruerunt gloriam.

Itaque dicimus, nos esse prædestina-
tos ad gloriam non ex meritis, sed cum
meritis; ac proindè quamvis merita no-
stra non sint causa prædestinationis; sive
tamen media efficacissima ad consequē-
dam gloriam. Hæc conclusio quod ad
primum partem iam est probata, & est
cerca, ut patet ex multis locis Sacrae Scri-
pturæ, & præcipue diui Pauli, ut suprà
num. l. vbi: quod verò ad secundam

D 2 par;

44 DE PRÆDESTINATIONE

partem etiam est certa , & habetur ubiq;
in Sacra Scriptura : & quidem in Matth.

Matth. 19.n.17. habetur : *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et cap. 25. n.34. eiusdem Matth. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à Constitutione mundi; exurui, & dedistis mihi mā-*

Toann. ducare . Item in Ioanne. 13. n.17. Beatis eritis, si feceritis ea . Item in Matth. 5.n.

Matth. 12. Gaudete, & exultate; quia merces vera copiosa est in Cœlis . Et in Paulo Apo-

Timot. 1stol. Epist. 2.ad Timoth. 4.n.8. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae . Si igitur gloria est merces , & corona iustitiae : ergo datur propter meritum : ergo in ordine executionis datur ex præuisis meritis . Est etiam sententia Scoti in locis ci-tatis ubi suprà , & ubique semper, quam probat ; quia ordo executionis est contrarius ordini intentionis ; & ita quæ sunt priora in ordine intentionis , sunt posteriora in ordine executionis : ergo cum in ordine intentionis , secundum Scotum, merita subsequentur gloriam ; sequitur , quod in ordine executionis merita eandem gloriam præcedant .

Sed an Christus in ordine executionis meruit sibi gloriam, scilicet, visionem , & 40 fruitionem beatificam; quod idem est, ac dicere: an gloria sibi ordinata sit ex suis

præ-



BREVIS TRACTATVS. 45
præcedentibus meritis in ordine execu-
tionis.

Respondetur. Negatiuè. Ità Scotus in *Scot.*
3. dist. 18. q. 1. ac S. Thomas 3. parte q. 16. *S. Tho.*
S. Bonauentura articulo 2. q. 1., & com- *S. Bon.*
muniter omnes Theologi, sed quia hoc *nau.*
non est de fide, idè multi oppositam
sententiam tenent. Probatur nostra sen-
tentia ratione; quia meritum debet præ-
cedere præmium proprium, sed nullus
actus meritorius voluntatis Christi præ-
cessit visionem, & fruitionem beatificam
in ipso; quia primus actus tam intellectus,
quam voluutatis Christi fuit beatifi-
catus à primo instanti suæ conceptionis:
ergo non meruit visionem, & fruitionem
beatificam, ac per consequens gloriam
animæ. Hoc etiam dicendum est de unio-
ne hypostatica, de gratia habituali, & de
virtutibus infusis; quia omnia ista præ-
supponuntur in Christo ante omnem
operationem sui intellectus, & volunta-
tis: igitur ante omnem actum merito-
rium, immò ante ipsam visionem, & frui-
tionem beatificam: ergo non meruit
ista. bene tamen meruit in ordine execu-
tionis, primò, sui nominis claritatem, &
exaltationem; secundò, sui corporis re-
surrectionem, immortalitatem, & glo-
riam, ac per consequens cæteras doctes

D 3 cor-




46 DE PRÆDESTINATIONE

corporis gloriōsi; tertio, suæ animæ im-
passibilitatem, quam habuit post instans
mortis, non autem in instati suæ resur-
rectionis; quartò, reservationem animæ,
& ingressum paradisi, quia omnibus istis
Christus caruit à principio sui ortus, &
totum hoc est de fide.

Sed an de possibili potuerit Christus
in ordine executionis promereri sibi glo- 41
riam, & beatitudinem. Respondeatur,
quod sic. Ita Scotus in 3. dist. 18. q. 1. lit.
terā G.; quia sufficit, quod meritum or-
dine naturæ antecedat præmium, licet
utrumque sit in eodem instanti tempo-
ris; sed tunc prima operatio Christi non
fuerit perfectissima. Et hoc sufficit pro
præsenti tractatu remittendo me in
omnibus pedibus Sanctæ
Romanæ Ec-
clesiæ.

FINIS.

DE



47

D E
SCIENTIA MEDIA.

Quæstio Vnica.



Trum ponenda sit aliqua
scientia media , qua
intellectus diuinus ex
sua altitudine , & infini-
tate determinatè co-
gnoscat ante decretum
diuinæ voluntatis quid
esset futurum ex libero arbitrio ; ex hy-
pothesi , & conditione , quod creatura
in hoc vel illo ordine retum , & in hac vel
illa differentia temporis ponatur cum
determinatis circumstantijs , & auxilijs ,
& ipse Deus decerneret concurrere cum
ipsa ad pœnitentiam : idest , vtrum si Pe-
terus ponatur in tali tempore , cum talibus
circumstantijs , & auxilijs , & ipse Deus
decerneret concurrere cum ipso ad pœ-

P 4 n.

48 DE PRÆDESTINATIONE

nitentiam, conuertatur, & saluabitur.

Pro responce notandum; triplicem dari scientiam in Deo; videlicet, scientiam simplicis intelligentiae; & est, qua Deus nouit ab æterno, ante quodcumq; decretum, omne intelligibile, & possibile, tam necessarium, quam contingens. absque illa determinatione: Scientiam visionis; & est, qua Deus determinate nouit ab æterno omnia, quæ futura sunt, non minus, ac si realiter essent præsentia; & hæc supponit decretum diuinæ voluntatis: & tertio, secundum aliquos, scientiam medium, à Recentioribus cognitam, quæ conditionata vocatur ab alijs; & est, qua ante omne decretum diuinæ voluntatis ex altitudine, & infinitate sui intellectus Deus scit, quid creatura libera, quantum est ex sua libertate, sit volitura, si hæc, vel illæ circumstantiæ ponantur. Dicitur media, quia aliquid participat de scientia simplicis intelligentiae, & aliquid de scientia visionis: de illa; quia non terminatur absolute ad futuram existentiam rerum, sed sub conditione; de ista, quia non terminatur tantum ad esse possibile rerum, sed aliquo modo ad existentiam ipsatum. Videlicet melius, quod participat de illa; quia est ante decretum Dei, & terminatur ad esse possib;

BREVIS TRACTATVS. 49

possibile: de ista; quia non terminatur tantum ad esse possibile rerum, sed aliquo modo ad certam; & determinatam existentiam rerum. His positis.

Ad quæstionem dicitur, quod ante decretum tam absolutum, quam conditionatum nulla est admittenda scientia media, seu conditionata, qua certe, ac determinate cognoscat Deus, quid factura sit voluntas creata, si ponatur in tali ordine rerum, & in tali differentia temporis cum concursu Dei parato ad utramque partem.

Hæc conclusio videtur esse ad mentem Scoti in 3. dist. 7. q. 3. §. sed hic sunt dua dubia: ubi querit: An si Adam non peccasset, Verbum fuisset incarnatum. Et alibi: Vtrum si homo non peccasset, fuissent Sacra menta, & sacrificia; & vtrum si fuissent omnia communia. Sed certum est, quod de his omnibus Deus habuit scientiam certam, & determinatam, ut dicetur inferius; sed secundum eundem Scotum, nulla scientia certa, & determinata habetur in intellectu diuino, nisi post decretum diuinæ voluntatis: ergo ista scientia, quæ habetur de futuris conditionatis, est post decretum diuinum; sed scientia, quæ habetur post decretum diuinum, est scientia visionis, & no-

Scot.

scien-



36 DE PRÆDESTINATIONE
scientia media: ergo, secundum mentent
Scoti, non datur ista scientia media de
futuris conditionatis.

Hæc conclusio est contra Molinam
Molin. inuentorem huius scientiæ mediæ in li
bro de concordia q. 23. art. 4. & 5. disp. 1.
membro ultimo, versiculo *nos pro nostra*
sententia, & contra sectatores eius, scili
Bellar. cet contra Bellarminum lib. 2. de amis
sione gratiæ cap. 17. ad primum; & lib. de
gratia, & libero arbitrio cap. 9. in fine;
Valent. Valentiam p.p.q. 14. punto 3. Vasquez
Vasqu. p.p. disp. 67. Suarez opusculo de scientia
Suar. Dei lib. 2., & tom. 1. de gratia; & ex Sco
Fauët. tistis est contra Fauentinum in 1. disp.
24. num. 49.

Probatur tamen nostra conclusio; quia
ista scientia media, per contrarios, est an
te decretum Dei, & intellectus diuinus
ante omne decretum non potest attinge
re nisi id, quod est intelligibile, & co
modo, quo est intelligibile; sed pro eo
signo non est intelligibile aliquod certè,
& determinatè futurum neq; absolutum,
neque conditionatum, sed tantùm ali
quid possibile: ergo ante decretum à
Deo nequit intelligi aliquod certè, &
determinate futurum, sed tantùm ali
quid possibile: intelligere autem possi
ble, est intelligere per scientiam simpli
cis

BREVIS TRACTATVS. §1

elis intelligentiaz; ergo non per istam scientiam medium. Maior pacet: minor probatur. Si conditionalis ista, exempli gratia: (Si Petrus ponatur in tali ordine rerum, & in tali differentia temporis cum determinatis circumstantijs, & auxilijs, &c. bene operabitur); est certa ante omnem Dei decretum, ita ut possit certe cognosci a Deo: quæro vnde habet istam certitudinem, & determinationem? non ex se, sive ex ratione sua intrinseca; quia ex se est indifferens ad utramque partem, & ex ratione sua intrinseca non est determinata futura, sed tantum possibilis, neque a voluntate Dei; quia supponitur, ipsam præcedere omne decretum Dei, tam absolutum, quam conditionatum; neque a determinatione voluntatis creatæ posita in tali ordine rerum; quia voluntas creatæ, etiam posita in tali ordine rerum, non determinabatur ab illo ordine ad sic ponendum, & non aliter, sed adhuc remanet cum dominio absoluto sui actus, & cum sua indeterminatione: ergo non habet vnde ante decretum sic certa, & determinata conditionalis illa: ergo neque potest ut certa; & determinata cognosci ante decretum; quia sicut se habet res ad esse, ita ad cognosci: ergo, si conditionalis illa ut certa, & determinata;

52 DE PRÆDESTINATIONE

ta cognoscitur , sic cognoscitur post decretum per scientiam visionis. Cùm ergo non detur alius modus præcognoscendi, nisi ante decretum per scientiam simplicis intelligentiæ , & post decretum per scientiam visionis; sequitur, quòd non fit admittenda ista scientia media.

Confirmatur conclusio . Sicut se habet futurum absolutum ad decretum absolutum , ità futurum conditionatum ad decretum conditionatum ; sed illud cognoscit Deus post decretum absolutum : ergo istud post decretum conditionatum.

Nec dicas : Deum præcognoscere determinatè conditionalem illam ex altitudine , & eminentia diuini intellectus ; quia licet intellectus Diuinus sit infinitè cognitiuus , non potest tamen intelligere , nec penetrare res , nisi in eo signo , & eo modo, quo sunt intelligibiles; id enim , quod pro aliquo signo intelligibile non est in se , in eodem signo à nullo intellectu potest intelligi , cum intellectus non sit , nisi circa intelligibile; sed ante decretum Dei propositio illa conditionalis non est certè , ac determinatè intelligibilis ; quia non est determinatè vera , cùm non sit determinata à voluntate Diuina , cuius opus est determinare omnia;

BREVIS TRACTATVS. 53

nia; neque potest determinari ab intellectu diuino, cuius officium est tantummodo intelligere, & non determinare; ergo non potest pro illo signo à Diuino intellectu determinatè præcognosci quantumcumque sit altus, eminens, & infinitus. Cùm igitur non detur alias modus præcognoscendi, nisi ante decretum per scientiam simplicis intelligentiæ, & post decretum per scientiam visionis; sequitur, quod non sit admittenda ista scientia media.

Præterea: posito tali decreto conditio-nato: ut si Petrus ponatur in tali differen-tia temporis, & in tali ordine rerum, cum talibus circumstantijs, & auxilijs, & ipse Deus decerneret concurrere cum ipso ad pænitentiam, conuertatur, & saluabitur. Quæro, vel Deus scit determinatè, quod Petrus ponatur in tali differentia tempo-ris cum talibus circumstantijs, & auxilijs, vel non scit determinatè? si non: ergo non est scientia futurorum apud Deum, quod est falsum: si sic; ergo similiter sciens determinatè, quod Petrus saluabitur. Hoc posito arguo sic: Scire determinatè futura contingentia, est scire post decre-tum diuinum; scire autem post decretum diuinum, non est scire per scientiam medium, sed per scientiam visionis, ex

Sco-



54 DE PRÆDESTINATIONE

Scoto; sed etiam posco tali decreto conditionato, Deus per vos scit determinatē Petrum poni in tali differentia temporis cum talibus auxilijs, & saluari; ergo hoc scit post decretum; ergo non per scientiam medium, sed per scientiam visionis; ergo nullo pacto datur ista scientia media; sed ita scientia, quam habet Deus de futuris conditionatis, quam aliqui vocant scientiam medium, revera scientia visionis est, vel ad ipsam reducitur, tamen habet aliquid aliud, & differt ab ipsa solum in hoc; quia scientia visionis supponit, vel connotat decretum absolutum; ista vero supponit, vel connotat decretum conditionatum: Ut si Petrus ponatur in tali differentia temporis cum talibus circumstantijs, & auxilijs, &c. Itaq; concludimus, quod quamvis dentur ista decreta conditionata, ut patet apud Matth. 11. num. 21. *V& tibi Coronain, & tibi Beibaida: quia si in Tyro, & si donec factae essent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere penitentiam egissent;* ac etiam apud Ezech. chielem. 3. n. 5. *Non enim ad populum profundi sermonis, & ignota lingua in mitteris &c., & si ad illos mittereris, ipse audirent te.* Non tamen datur ista scientia media, sed reducitur ad scientiam visionis-

Matth.

Ezech.

BREVIS TRACTATVS. 55
visionis , ut dictum est ; quia est post de-
cretum.

Et si iterum dicas , quod scire deter-
minatè futura conditionata, non est scire
post decretum, sed ante decretum ; quia
Deus ex altitudine , & infinitate sui in-
tellectus potest scire determinatè futura
conditionata ante quocumque decre-
tum: ergo datur ista scientia media .

Respondetur , quod intellectus Dei ,
quantumcumque sit eleuatus , & infinitus ,
non potest attingere , & cognoscere
certam , & determinatam existentiam
terum , nisi illa existentia sit determinata
à voluntate diuina , cuius officium est ,
omnia determinare , ut dictum est ; modò
propositio illa conditionata ante decre-
tum , non solum non habet determina-
tam existentiam , sed nullam existentiam ,
immò tantum possibilitatem ; ergo non
potest ab intellectu diuino quantum-
cumque infinito , & eleuato determinatè
ante decretum cognosci . Minor proba-
tur ; quia per vos non est determinata à
voluntate diuina , cum sit ante decre-
tum , neque ab intellectu diuino , cuius
officium est solum intelligere , sicut vo-
luntatis diuinæ est solum determinare ;
ergo non habet determinatam existen-
tiā , immò nullam existentiam : ergo

RON

56 DE PRÆDESTINATIONE

non per scientiam medium. Cùm ergo
in mente diuina non datur alias modus
præcognoscendi , nisi ante decretum
per scientiam simplicis intelligentiæ , &
post decretum per scientiam visionis , ve-
dictum est , & probatum; sequitur , quòd
non est admittenda ista scientia media.

Sed iterum contra dices . Deus deter-
minatè , & certè ante quodcumque de-
cretum suum scit , quòd si stupat , exempli
gratia , ponatur propè ignem , comburi-
tur ab igne ; ergo pariter potest scire
determinatè , & certè ante decretum
suum , quòd si Petrus ponatur in tali dif-
ferentia temporis cum debitiss circum-
stantijs , & auxilijs , saluabitur ; ergo da-
tur ista scientia media.

Respondetur . Negando sequelam ;
quia ignis est agens naturale , & necessa-
riò agit , & non potest non agere; ac pro-
indè potest Deus ante quodcumque de-
cretum certè , & determinatè scire , quòd
si ignis approquinquetur stupat , illam ne-
cessariò comburit , & non potest illam
non comburere , nisi accedat miraculum:
immò hoc potest omnis homo scire; non
sic Deus respectu arbitrij creati , & crea-
turae rationalis , quæ est agens liberum ,
& potest semper dissentire gratiæ Dei ,
si velic : ergo si ponatur arbitrium crea-
tum,

BREVIS TRACTATVS. 57

eum, siue creatura aliqua in quacumque differentia temporis cum quacumque gratia, & auxilio Dei, nunquam posse Deus certe, ac determinate scire ante decretum suum, quod cum talibus auxilijs ipsa saluabitur: ergo non datur ista scientia media.

Præterea secundò. Posita ista scientia media ante omne decretum, sequeretur, ex parte voluntatis creatæ dari causam prædestinationis æternæ, vel saltem conditionem, sine qua non; consequens est falsum, ut alibi dictum est: ergo & antecedens. Probatur sequela: Nam si ante decretum præuidit Deus, quod si Petrus ponatur in tali differentia temporis, & in tali ordine rerum cum debitiss auxilijs, & circumstantijs, saluabitur: ergo cooperatio liberi arbitrij est causa, non effectus prædestinationis æternæ, non tantum in ordine executionis, quod concedendum puto, sed etiam in ordine intentionis, & non propositum, & voluntas Dei, quod est contra Sacram Scripturam Ephesiorum. i. n. 5., ubi dicitur: *In quo & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue; ac etiam est expressè contra doctrinam Scotti, divi Augustini, & multorum SS. Patrum.*

E

Ad

38 DE PRÆDESTINATIONE

Ad maiorem dilucidationem arguo
sic. Nulla apparet necessitas admittendi
istam scientiam medium; ergo non est
admittenda. Probatur antecedens. Om-
ne quodcumque cognoscitur ab intelle-
ctu diuino, vel est futurum absolutum,
vel conditionatum, vel est possibile; sed
futurum absolutum, & conditionatum
cognoscitur per scientiam visionis post
decretem Diuinum, & possibile per
scientiam simplicis intelligentiae ante
decretem Dei; ad quid ergo ponenda
est ista scientia media? Quod autem fu-
turum conditionatum certe cognoscatur
per scientiam visionis post decretum di-
uinum, probatur. (Nam de futuro abso-
luto, quod cognoscatur per scientiam
visionis, post decretum diuinum; & de-
co, quod est possibile, per scientiam sim-
plicis intelligentiae, ante decretum Dei,
nulla est dubitatio). Faciat Deus condi-
tionalem hanc: Si Petrus ponatur in tali
ordine rerum, & in tali differentia tempo-
ris cum debitis auxiliis, & circumstantijs,
& ingredietur religionem, saluabitur: quo-
modo ergo potest Deus cognoscere,
quod Petrus saluabitur, vel non saluabi-
tur? Cognoscit utique, quod Petrus sal-
uabitur, vel non saluabitur, si cogno-
scit, quod ingredietur religionem, vel
non.

BREVIS TRACTATVS. 59

non ingredietur religionem. Hoc posito

Arguo sic. Vel Deus certè præcognoscit, quod Petrus ingredietur, vel non. Ingredietur religionem, vel non certè præcognoscit? si non certè præcognoscit: ergo non est scientia in Deo. Si certè præcognoscit, quod ingredietur, vel non ingredietur religionem, & per consequens, quod saluabitur, vel non saluabitur: quero, unde habet Deus hanc certitudinem, quod ingredietur, vel non ingredietur religione? Non ex altitudine, & infinitate sui intellectus; quia sit infinitus intellectus Divinus quantumcumque, non potest ex hoc certè cognoscere ante decretum suum, si Petrus ingredietur, vel non ingredietur religionem, cum hoc ab ipso non fuerit determinatum: Non à determinatione voluntatis creatarum posita in tali ordine rerum; quia voluntas arbitrij creati, etiam posita in tali ordine rerum, remanet cum dominio absoluto sui actus, & cum sua indeterminatione: Non ex ratione illius propositionis conditionata: quia ex se est indifferens ad utramque partem, & ex ratione sua intrinseca non est determinata futura, sed tantum possibilis: ergo si conditionalis illa certè, & determinatae cognoscitur, sic cognoscitur post decre-

E 2 cum,



60 DE PRÆDESTINATIONE

rum, & per scientiam visionis. Cùm ergo non detur alius modus cognoscendi, nisi possibilia per scientiam simplicis intelligentiæ ante decretum diuinum, & futura siue absoluta, siue conditionata per scientiam visionis post decretum; sequitur, quòd non sit admittenda ista scientia media.

Item si daretur ista scientia media, superflua esset scientia visionis; hoc autem est contra scholam omnium Theologorum: ergo non datur ista scientia media. Probatur sequela: * Magis requiri-

* tur ad præcognoscendum certè futura conditionata, quam futura absoluta, sed per vos per scientiam medium Deus ante decretum præcognoscit certè futura conditionata: ergo per eandem scientiam medium potest etiam certè præcognoscere futura absoluta: ergo superflua erit scientia visionis. Probatur illa maior vbi * supra. In futuro conditionato inueniuntur duo; id, quod est possibile, & id, quod est contingens; in futuro vero absoluto inuenitur hoc unum tantummodo, scilicet, id quod est contingens; sed per vos per scientiam medium Deus potest certè, & determinatè præcognoscere futurum conditionatum: ergo etiam per eandem scientiam potest cer-

te,

tè , & determinatè præcognoscere futu-
rum absolutum.

Item . sicuti se habet res ad esse , ita
ad cognosci ; sed ante decretum Dei res
habent tantum esse possibile : ergo ut
possibiles debent præcognosci ; sed per
vos Deus ante decretum cognoscit futu-
ra conditionata ; ergo ut possibilia ea
cognoscit ; sed quod est possibile , etiam
per vos , præcognoscitur per scientiam
simplicis intelligentiæ : ergo si Deus cer-
tè , & determinatè præcognoscit ista
futura conditionata ante decretum , co-
gnoscit illa per scientiam simplicis in-
telligentiæ : hoc autem est falsum etiam
per vos : ergo dicendum , quod Deus in-
telligit certè , & determinatè futura con-
ditionata post decretum suum per scien-
tiā visionis . Concludimus ergo ex su-
prà dictis , nullo pacto esse admittendam
istam scientiam medium.

Non tamen negamus , sicut non ne-
gant Sancti Patres , Deum præcogno-
scere conditionatè futura contingentia ,
& quid facturus sit parvulus , si viueret ,
& adultus , si ponatur in tali ordine re-
rum , & in tali differentia temporis , cum
talibus circumstantijs , & auxilijs , & ipse
Deus decerneret concurrere cum ipsis
ad paenitentiam : hanc enim scientiam

E 3 con-

62 DE PRÆDESTINATIONE

conditionatam Sancti Patres fatentur ;
& præcipue Sanc*tus Augustinus lib. de*

August. prædestinatione , & gratia cap.7. super
Exod. illud Exodi 4. num. 21. Non dimites
Pharaon populum meum ; inquit ipse Au-
gustinus : Dei vox est , qui Pharaonis vo-
luntatem , sicut præuiderat , iudicabat ; &
subdit inferius : Alta suæ luce præscientia
Deus præciuit , Pharaonem non esse mu-
sandum , & si alia signa fierent . Sed Sancti
Patres , & præcipue Augustinus negant
futura conditionata in ordine ad pu-
niendum , vel præmiandum ; quia Deus
non punit , nec præmiat paruulos mo-
rientes propter eorum opera non exhibi-
ta , sed tantum conditionata futura
à bono , vel malo vñ naturalis arbitrij ,
si vixissent ; nam si hoc esset , inquit Au-

August. gustinus lib. de prædestinatione Sancto-
rum cap.4., primi parentes , ob præuisio-
nem peccati eotum , ante quam peccas-
sent , debuissent puniri , & ejici de para-
diso ; sed dicunt Sancti Patres , Deum
aliquibus , siuè paruulis , siuè adultis ac-
celerare mortem , quos præuidit pecca-
turos , si superuixissent ; aliquibus verò
non accelerare , sed relinquere , donec
peccent ; ad ostendendam illis bonitatem
suam . istis verò iustitiam .

Neque negant : ideò modò istis gene-
cibus



BREVIS TRACTATVS. 63

tibus, modò illis annunciatum esse Euangelium; quia præuidit Deus, modò hos, modò illos esse cooperaturos gratiæ. Immò fatentur ibidem, quòd Matthæus, & Paulus eo tempore vocati sunt, quo ipsos cooperaturos vocationi, præsciebat: sed negant, Deum præscire ista futura sine auxilijs gratiæ, vt Pelagiani dicebant: Nam Sancti Patres pro ratione: cur isti, vel illi crediderint: assignant gratiam Dei præuenientem, & deinde voluntatem creatam cooperantem: Pelagiani verò è conuersò assignant proportionem voluntatem creatam præuenientem, seu priùs operantem, & deinde gratiam Dei subsequentem. Negant etiam Sancti Patres, hæc futura conditionare Deum præscire ante decretum suæ diuinæ voluntatis; ex quo sequitur, quòd negant istam scientiam medium.

Ac proinde dico, quòd eadem difficultates, quæ sequuntur ex scientia visionis post decretum absolutum de futuro absoluto, sequuntur ex scientia conditionata post decretum conditionatum de futuro conditionato. Ac propterea ad argumenta, quæ pugnant contra liberum arbitriū, dico, quòd proportionaliter dicendum est de scientia ista conditionata, sicut dicendum est de scientia visionis;

E 4 quis

64 DE PRÆDESTINATIONE

quia sicut decretum absolutum non præcedit determinationem absolutam voluntatis creatæ, nec prædeterminat ipsam, sed simul concomitantur; sic etiam decretum conditionatum non præcedit determinationem conditionatam voluntatis creatæ, nec prædeterminat ipsam, sed simul concomitantur veraque determinatio diuina, & humana, siue diuina, & creatæ.

Dico denique; quod licet aliquando videatur, quod ista scientia conditionata non sit certa, sed dubia in intellectu

Matth. diuino, ut habetur Matth. 11. n. 23. Et

tu Capharnaum usque in infernum descendes; quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem. Et Ioan. 5. num. 46. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan mihi. Et Ioann. 8. n. 19. Si me sciretis,

forsitan Patrem meum sciretis. Et Ezechiel. 2. num. 5. Hæc dicit Dominus Deus:

si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant. Et alibi sepè Scriptura Sacra videotur sub dubio loqui. Dico tamen cum

Hiero- diu Hieronymo, quod verbum ambiguum (forsitan) maiestati diuinæ competrere non potest; sed loquitur nostro affectu, ut saluetur hominis arbitrium;

id est ad ostendendum, quod licet Deus sua

BEBVIS TRACTATVS. 65

sua gratia voluntatem nostram præueniat, & infallibiliter sciat, quod ipsa factura sit, ipsa tamen nullam inferre coactionem, vel violentiam. Respondeat secundò Augustinus tract. 37. in *August.* Ioannem, dicens: ille, qui omnia scit, cùm dicit (fortitan) non dubitat, sed increpat: dubitationis verbum est, dum dicitur à creatura; quando autem dicitur à Deo, increpatur infidelitas, non opinatur diuinitas. Respondet tertio Ambrosius lib. 2. de pœnitentia, *Ambro-* cap. 8., quod cùm homines sic dubita-*sius.* tiè loquuntur de futuris conditionatis, propterea Deus humano more sèpè se adaptans, etiam dubitatiè loquitur, cum tamen certum sit ex infinitis prophetijs annuntiantibus futura contingentia, & conditionata, Deum certè, & infallibiliter ipsa præscire. Et licet etiam aliquando dicat Deus, se aliquid nescire sicut dixit fatuis virginibus apud Matth. 25. nu. 12. *Amen Matth.* dico vobis, nescio vos; non legitur, quòd absolute ipsas non præscierit; sed quia non præscierit scientia probationis, de qua scientia dicit ipse: Ego scio quos elegerim. *Ioann. 13.* *Ioann.* num. 8. & hoc competenter sufficit de isto tractatu; & si in aliquo non bene dixi;




66 DE PRÆDESTINATIONE
dixi, remitto me pedibus Sancte Ro-
manæ Ecclesiæ.

F I N I S.



DE



D E
SENSIBVS SACRAE
SCRIPTVRÆ.

Breuis notitia,
AC
Tractatus.

Vm de sensibus Sacrae
Scripturæ agere debea-
mus, oportet prius de
ipsa Sacra Scriptura,
quæ est tanquam fun-
damentum, & princi-
pium, in quo ipsi sensus
fundentur, aliqua breuiter indicare; ac
proinde primò viendum est, quid sit Sa-
cra Scriptura? pro qua re sic

AR-

68 DE SENSIB.SAC. SCRIPT.

ARTICVLVS PRIMVS,

In quo primò dico , quòd Sacra Scriptura rigorosè accepta est Verbum Dei scriptum , tūm de diuinis , tūm de terrenis agens in ordine ad Deum , Spiritu Sancto scriptoribus inspirante tam sententias , quam verba , apices , & iota in ordinem ad salutem hominis viatoris .

Isai. Probatur auctoritate eiusdem Sacrae Scripturæ. Etenim in Isaia 40. n.6. habetur:

Ierem. Os Domini locutum est; Et in Ieremia 22.num.9. dicitur: Terra , terra , terra audi verbum Domini . Hoc quoque clari-

Ezech. riùs in Ezechiele. 3.n.10.habetur,vbi dicitur: Et dixit ad me : fili hominis , omnes sermones meos , quos ego loquor ad te , assume in corde tuo , & auribus tuis audi ; & vade , ingredere ad transmigrationem , ad filios populi mei , & loqueris ad eos , & dices eis : hæc dicit Dominus Deus . Et Paulus

Hebr. ad Hebræos.1. n.1. inquit : Multifariam , multisq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis : nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio . Ac deniq; in Apo-

Apoc. caly.1.n.10.& 11. habetur : Ego Ioannes frater vester , cum essem in insula Patmos , fui in spiritu in Dominica die , & audiui post me vocem magnam , tanquam tubæ dicentis: quod vides , scribe in libro , & mitte septem Ecclesijs , quæ sunt in Asia; & n.19,

Scri-

BREVIS TRACTATVS. 69

Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Et cap. 19.n.9. habetur: *Et dixit mihi: scribe: beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt: & dixit mihi: hæc verba Dei vera sunt.* Ecce quomodo erat Deus, qui loquebatur: Prophetæ verò loquebantur veluti instrumenta Spiritus Sancti loquentis. Meritò ergo Sacra Scriptura dicitur Verbum Dei scriptum: Verbum autem Dei non scriptum sunt traditiones Ecclesiæ.

Dices: Prophetæ, & Apostoli locuti sunt veluti instrumenta Spiritus Sancti loquentis; sed ex omnibus locutionibus scripturæ multæ inueniuntur Epistolæ. Epistola autem non mittitur nisi ad absentes: Deus autem est omnibus intimè præsens per communem illapsum, ultra gratuitum, & specialem pro iustis, ut docuit Apostolus Actorum 17.n.27. dicens: *Ait.* Non longè est ab unoquoque nostrum. Et in Ierem. 23.n.25. dicitur: *Cælum, & terram ego impleo.* Ergo, vel istæ non sunt Epistolæ; vel si Epistolæ, non sunt dictatae à Spiritu Sancto.

Respondeatur, quod Deus est intimè præsens præfentia entitatiua, non obiectiva: Epistolæ autem sunt factæ à Spiritu Sancto ad absentes absentia obiectiva.

Se-



70 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

Secundò dicitur, quòd Sacri Canones, Concilia, sermones Sanctorum Patrum &c. licet largo modo dicantur Sacrae Scripturæ; quia illa est Sacra Scriptura, in qua omnia contenta in ipsa, videlicet, Ordo, textura, compositio, verba, apices, & iota sunt de fide, quia omnia à Spiritu Sancto: in alijs autem Scripturis, licet aliqua sint de fide, ut sententiae, & decreta, ac proinde à Spiritu Sancto; compositio autem, verba, apices, & iota non sunt de fide; quia non à Spiritu Sancto, sed ab industria scriptoris: ideo non dicuntur Sacrae Scripturæ stricto modo.

Tertiò dicitur, quod auctor Sacrae Scripturæ sit Spiritus Sanctus: tūm quia ipse Deus suo dīgīto eam scripsit, ut sunt præcepta Decalogi, Exodi. 31. num. 18.: tūm quia ipse Deus ore proprio, & articulata voce dictauit, ut patet in Apocalyp. vbi suprà, & in libro Exodi, & Leuitici in multis locis, vbi dicitur, quòd Locutus est Dominus ad Moysen; tūm quia omnium, quæ iultè, ac rationabiliter in ea gesta, dicta, scù cogitata sunt; etiam quæ puerilia, minima, vilia, & patui momenti videntur, ipse est auctor; quia sententias, verba, apices, & iota in ea contenta ipse illuminando, inspirando, & revelando proposuit, ac dictauit: tūm quia ipse

Exod.

Apoc.

Exod.

Leuit.

BREVIS TRACTATUS. 71

ipse impellit Scriptorem ad scribendum,
etiam ea, quæ male gesta sunt, ut sive
mendacia, & crimina; quia quæcumque
scripta sunt, ad nostram doctrinam
scripta sunt, inquit Apostolus ad Rom.
§.n.4. ut per patientiam, & consolatio-
nem scripturatum spem habeamus. Tum
quia mentem scriptoris illuminat, & me-
tem, & manus illius dirigit, ne erret in
scribendo, & ponat hæc, & non alia. Ita
Petrus Epist. 2. cap. 1. n. 2 t. inquiens: Non 2. Petri.
enim voluntate humana allata est aliquan-
do prophetia; sed Spiritu Sancto inspirati
locuti sunt Sancti Dei homines. Ita etiam
doceat August. lib. de spiritu, & littera August.
cap. 16. Ita Castro contra heres lib. 1.
cap. 2., & vniuersi Theologi: & ita deni- Castro.
que declaratum fuit in 4. Concilio Car-
thaginense cap. 1. Concil.
Carth.

Quarto dicitur, quod cum diuina
Scriptura diuinæ reuelationi innitatur
contigit, quod aliquando reuelationes
sunt de rebus occultis sacro scriptori,
iuxta illud Psalm. 50. n. 8. dicentis; In-
certa, & occulta Sapientia tua manifestasti
mihi. Interdum eadem reuelationes erat
Scriptori prius nota, atamen Spiritus
Sanctus eidem Scriptori ad eas reuelan-
das inspirat; vel si earum aliquando
scriptor oblitus fuerit, cum inde Spiritus
San-



72 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

Sanctus in memoriā reducendo ipsum illuminat, ut iterum cognoscat, & recordetur ipsarum. Et insuper reuelatio se habet, ut hæc potius verba, hos potius apices in scribendo apponat, ut dictum est, relictis alijs, quæ etiam alias in eius mentem venerunt. Etenim Deus ita se habet; ut nullatenus error contingere possit, ut partem Scriptor scribat, & non totum, licet totum prius ipse cognovet; & ita taliter Spiritus Sanctus disponit, taliterq; reuelat, siue taliter mentem, & manum scriptoris dirigit, qualiter suæ diuinæ ordinationi congruum videtur.

Quinto dicitur, non esse necessarium, ut quidquid sacer Scriptor scribit; prius sibi fuerit notum; quia ad hoc datur diuina reuelatio, ut incerta, & occulta patet. Verum multoties sic accedit; quia Moyses plura scripsit, quæ ipsi prius fuerunt nota. Item Lucas ea, quæ scripsit, testatur in suo Euangeliō. i. n. 3. se ab Apostolis receperisse. Neque enim est necessarium noua inspiratio, & illuminatio Spiritus Sancti ad scribenda ea, quæ prius fuerunt nota, sed sufficit noua Spiritus Sancti assistentia, motio, & impulsio ad scribendum. Huiusmodi fuerunt mysteria transfigurationis Domini, cuius testes oculati fuerunt Petrus, Ioannes, &

Moys.

Luc.

12-



BREVIS TRACTATUS. 73

Iacobus , sicut etiam mysterium crucifixionis , cuius testis oculatus fuit Ioannes , qui cap. 21 . n. 24 . in suo Euangelio de se ipso loquens , ait : *Hic est discipulus ille* , *Ioann.* qui testimonium perhibet de his , & scripsit hoc . In quibus non eguerunt noua reuelatione ad ea scribenda , sed noua motione , & impulsu , & quod prius sciebatur fide humana , poste a scitur fide diuina .

Sexto dicitur , quod Spiritus Sanctus non semper assistit lacris Scriptoribus , sed solummodo tunc , quando opus est sacros libros conscribere ; ita ut assistentia Spiritus Sancti detur eis non per modum permanentis , sed per modum transiuntis . Ita colligitur ex Matth. 10 . n. 19 . *Matth.* cum dicitur : *Nolite cogitare quomodo , aut quid loquamini ; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini .* Solummodo in Christo Domino semper fuit assistentia permanens Spiritus Sancti .

Sed queritur : Vtrum sacri Scriptores cognoverint ea , quae scripserint , siue utrū Sacrae Scripturae iensu cogniti fuerint , siue à persona scribente , siue à persona ipsa loquente ? Respondeatur affirmatiuè ; quia ipsi Scriptores dati sunt à Spiritu Sancto , tanquam Magistri , atque Doctores ; quatenus prius illuminati ab eodem Spiritu Sancto , inde impulsi fuerint , siue

F ad



74 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

ad scribendum, siue ad prophetandum :
non semper tamen est necesse , ut ipsi id
cognoverint , ut patet de Prophetā Isaia
38.n.1., qui dixit Regi Ezechia : *Dispone*
domui tuae, quia morieris; Qui tamen non
est mortuus. Non enim cognovit Prophē-
ta ultimum oraculum . Et Caiphas in-

Ioann. Euangelio Ioannis. 18.n.14.dixit: *Expe-*
dit, ut unus moriatur pro populo , ne tota
gens pereat; cuius mens longè fuit à men-
te Spiritus Sancti , nam ipse Caiphas in-
tendebat liberationem totius populi Iu-
dæorum : inquiens : Ne veniant Romani,
& tollant locum nostrum, & gentem ; cùm
mens Spiritus Sancti fuerit, ut per verba
illa ostenderetur liberatio totius humani

Augusti. generis per mortem Christi. Ita Augusti-
nus lib. 2.confessionum cap. 12.

I. Co- Dices: Apostolus 1. Corinch. 7. nu. 10.
rinth. ait: *Præcipio non ego, sed Dominus: & in*
eodem loco n. 1 2. ait: Cæteris ego dico, non
Dominus; igitur in hoc secundo loco non
videtur Spiritum Sanctum esse authorem
illius Scripturæ.

Respondeatur Spiritum Sanctum esse
auctorem Sacrae Scripturæ in omni loco,
sed cum hac differentia, scilicet, quod in
primo loco consuluit Spiritus Sanctus,
ore Christi; in secundo loco, ore Pauli.

Dices : Si Spiritus Sanctus esset auctor

60-

BREVIS TRACTATVS. 75

totius sacræ Scripturæ , siue omnium librorum ipsius; sequeretur , quod in omnibus libris esset idem modus loquendi, eadem prouersus phrasis , stylus , & consimilis compositio ; talis est usus omnium Scriptorum, ut patet experientia ; sed libri sacræ Scripturæ habent diuersos modos loquendi, phrases, stylos, & compositiones: ergo non sunt ab uno auctore, scilicet, à Spiritu Sancto.

Respondetur , quod Spiritus sanctus taliter utatur scriptorum opera ad scribendum suum intentum, ut ipsi suos proprios modos loquendi, phrases, stylos, & compositiones expendant ; quia inquit Augustinus in libro de bono perseverantia: *Creaturas, quas Deus condidit, taliter administrat, & contemperat eis suum concursum, & dulciter, & suauiter, & efficaciter disponit omnia, ut proprio motu, quidquid est de voluntate Dei ipsos agere sinat;* at quia variae sunt nationes, & plura genera linguarum; diuersa quoque adest phrasis , & stylus linguarum in scribendo , & per consequens in Scriptura sacra varia adest compositio . Nam sicut Musicus unus pollens artibus plurium instrumentorum , unus quidem Musicus est , attenuam diuersimodo pulsat iuxta diuersitatem instrumentorum: aliter namque

August.

F 2 ciche-



76 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

Citheram percutit, & aliter organa pul-
sat; ex quo oritur diuersitas armoniaꝝ,
Sic ad propositum, vnuſ quidem eſt sa-
craꝝ Scripturæ auctor, ſcilicet, Spiritus
Sanctus, quamuis diuerſitas ſcribendi
circa phrasim, ſtylum, & compositionem
ibi inueniatur: hoc enim pendet à diuer-
ſitate, & varietate instrumentorum, idest
ſcriptorum ſcribentium. Hinc eſt, quod
Paulus Heb. æorum. 1. n. 1. ait: *Multifa-*

*Hebreꝝ. riam, multisque modis olim Deus loquens
Patribus in Prophetis.*

Septimò dicitur; quod si quis aliquid
minimum, aut patuum mendacium ad-
mitteret in sacra Scriptura correcta, &
emendata à Sede Apostolica Romana,
committeret blasphemiam; quia inquit
Augustinus epist. 8, & 10. ad Hierony-

August. mum ſcribens: *Si in sacro quouis libro*
vna quantalibet falsitas reperiatur, utique
totius libri certitudo periret, & posset de-
tota ſcriptura dubitari; utrum falsitatem
contineat, vel veritatem; quod probatur
auctoritate iplius ſacraꝝ Scripturæ Mat-
thæi. 5. n. 18. vbi habetur: *Amen quippe*

Matth. dico vobis, donec transeat Cælum, & terra,
iota vnum, aut vnuſ apex non præteribit à
lege, donec omnia fiant. Et Psalmista 118.

n. 160. de Deo loquens, ait: Principium
verborum tuorum veritas. Et Gregorius
in

BREVIS TRACTATVS. 77

in proemio suorum moralium cap. i. sic *Greg.*
concludit: *Ipsa igitur Deus haec scripsit,*
qui, haec scribenda mandauit; ac denique
est auctoritas Concilij Trid. sess. 4. decre-
to 1., in quo præcipitur, recipi libros ca-
nonicos sacræ scripturæ integros, & se-
cundum omnia, quæ ibi sunt.

Trid.

Octauo dicitur, quod sacra scriptura
in pluribus locis est obscura, ac proinde
indiget expositoribus. Ita diuus Petrus
epist. 2. cap. 3. n. 16. ubi inquit: *Sunt in eis 2. Petri*
quædam difficultas intellectu.

Dices: testamentum *vetus* appellatur
liber signatus, atq; occlusus; *Isaiæ* 29. n. *Isai.*
15., testamentum verò nouum liber aper-
tus iuxta Apoc. 5. n. 8. igitur hoc nouum
testamentum non indiget declarationi-
bus.

Apoc.

Respondeatur: Ideò illud appellatur
liber signatus, & occlusus; quia omnia
in figura contigebant eis: *Ambulabant*
enim Patres veteris testamenti per um-
bras, & figuræ; inquit Paulus 1. Corinth.
10. n. 11. At quia tempore legis nouæ ve-
nit Christus Dominus, qui erat figuratus
in testamento veteri, ut impletet scriptu-
ras; tunc ablatae fuerunt umbras, & figu-
ræ: hinc meritò testamentum nouum
appellatur liber apertus; quia omnia,
quæ obscura erant, fuerunt adimpta;

F 3 & ma.



78 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

& manifestata in nouo testamento; & de eodem Christo dicitur apud Lucam. 24. n. 27. & 45.. quod aperiebat sensum, & interpetrabatur scripturas. Semper ergo remanet, quod sacra scriptura non despiciat expositionem.

Luca.

Nonò dicitur, quod sacra scriptura debet exponi ab expositoribus eo spiritu, quo condita est. Cum ergo auctor, & cōditor sacrae scripturæ sit Spiritus Sanctus, ut dictum est: ergo exponenda est à Doctribus illuminatis, & spiratis à Spiritu Sancto; sed hæc illuminatio, & intelligentia non potest haberi à iemelipis Doctribus, sed à Deo: ergo intelligentia ipsius scripturæ petenda est à Spiritu sancto Deo. Antecedens patet ex diuo Pe-

2. Petri.

tro epist. 2. cap. 1. n. 21. inquiete: Non enim voluntate humana allata aliquando fuit prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Ultima

Psalm.

consequentia etiam probatur. Nam David psalm. 118. n. 18. inquit: Reuelo oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua; & n. 34. Da mihi intellectum, & serutabor legem tuam: ergo sacra scriptura debet exponi ab expositoribus illuminatis, & inspiratis à Spiritu sancto, & intelligentia, & illuminatio ipsius petenda est à Deo, siue à Spiritu sancto.

Di-

BREVIS TRACTATVS. 79

Dices in primitiua Ecclesia non aderant expositores, & declaraciones Patrum, & tamen aderant duo testamenta: ergo signum est, quod erant clara, & intelligibilia: ergo tot expositiones non sunt necessariae.

Respondeatur, quod tunc aderat Christus, qui ore proprio interpretabatur scripturas, iuxta illud Lucæ 24. n.27. & 45. dicentis: *Et aperuit illi sensum, & interpretabatur scripturas.* Deinde fuerunt Apostoli, deinde Discipuli Apostolorum, deinde fuerunt alii, qui à Discipulis Apostolorum edocti, & ore, & scripto alijs aperuerunt scripturas: ergo semper expositiones, & interpretationes fuerunt: ergo semper aliquando est, & fuit obscura.

Dices in psalmo 118. n.105. habetur: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & Psalm. lumen semitis meis;* & cœtera huiusmodi: igitur si est lucida, non indiget expositibus.

Respondeatur: Sacram scripturam esse quidem lucidam, cum fuerit declarata, illuminat enim mentem auditorum, & inflamat affectum. Vnde Psalmista psal. 118. n.130. ait: *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.* Ergo aliquando indiget expositoribus.

F 4 De-



80 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

Decimò dicitur: Sacram scripturam esse librum apertum, & occlusum: aper- tum credulis, & fidelibus; quia ipsam ex, & virtus fidei viam parat, ac iter ape- rit ad vitam: occlusum infidelibus; quia occlusum est eis omne, quod à Deo præ- cipitur.

Sed unde est, quod in aliquibus locis ipsa scriptura sit obscura; & quare Deus voluit, ipsam talem esse? Respondetur, quod hoc evenit, cum ratione materiae, de qua in ipsa agitur, ut de Trinitate, de Angelis, & de mysterijs occultis, & ele- uatis, & non omnes sunt Doctores, & sapientes, qui talem possint capere do- & trinam, & ad talem altitudinem scien- tiæ ascendere; quia inquit Apostolus

1. Corinth. 12. n. 29. Numquid omnes Apo- stoli, numquid omnes Doctores. Nam in- quit idem Apostolus in eodem loco n. 8. Alij quidem per spiritum datur se. mo sa- pientiae; alijs autem sermo scientiae secundum eundem spiritum; alteri fides in eodem spi- ritu, alijs gratia sanitatum in uno spiritu; alijs operatio virtutum; alijs prophetia; alijs discretio spirituum; alijs genera linguarum; alijs interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus, atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Et ad Ephes. sios. 4. n. 1. inquit: Quosdam dedit Apo- stolos,

BREVIS TRACTATVS. 8

fiolos, quosdam Prophetas, quosdam Euangeliastas, & Doctores &c. Et ita sequitur, quod ex eo, quod non omnibus datus est capere eam, multis haec scriptura sic difficilis, & obscura; tum etiam si haec scriptura esset omnibus facilis ad intelligendum, tunc esset in minori existimatione; tum quia complures sumerent occasionem superbieandi, attribuendo propriae industriae, & ingenio intelligentiam: tum denique, quia esset penes infideles in vilipendio. Vnde in Matth. 7. n. 6. habetur, quod Christus dixit: *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis manganitas vestras ante porcos, ne forte concubcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos:* Et haec est in quantum ad Sacram scripturam; in quantum vero ad sensum ipsius sit.

ARTICVLVS SECUNDVS,

In quo primò dicitur, quod haec vox, sensus, in sacra Scriptura non sumitur physicè, sed moraliter, & metaphorice, scilicet, pro conceptu mentis, & pro intelligentia scripturarum. Ita Lucas in suo Euangелиo 24. n. 45. inquit, quod Christus aperuit illis, scilicet, Apostolis sensum, nempè intelligentiam scripturarum. Hoc idem habetur in libro Sapientie. 7. n. 7. ubi dicitur: Optani, & datus est mihi sensus;

Luce;

Sapien-

sus;



82 DE SENSIB. SAC.SCRIP.

I.Co-
rinth. *sus*; idest intelligentia oraculorum. Ec-
Paulus 1.Corinth. 2.n.16.inquit: *Nos au-*
tem sensum Christi habemus. putà intelli-
gentiam verborum Christi. ac proinde:

Secundò dicitur, quòd sensus Sacræ
scripturæ est duplex: alter litteralis, seu
historicus, & spiritualis, seu mysticus al-
ter. Sensus spiritualis, seu mysticus diui-
ditur in allegoricum; tropologicum, seu
moralem; & anagogicum. Itaq; quatuor
finaliter, concludimus, esse sensus Sacræ
scripturæ; vnum litteralem, seu histori-
cum, & tres mysticos: quorum primus
est Allegoricus, secundus Tropologicus,
seu Moralis, & tertius Anagogicus.

Tertiò dicitur, quòd hæc tripartita,
diuisio sensus mystici habetur per ana-
logicam ad triplicem differentiam tem-
poris; præteriti, scilicet, præsentis, & fu-
turi. Loquendo enim de tempore præte-
rito; correspondet ei sensus allegoricus:
quandòquidem ea, quæ gesta fuerunt in
testamento veteri, fuerunt allegoriae, siue
vmbra, & figura eorum, quæ gesta sunt
in nouo testamento. Dicitur enim ad
Galatas. 4. n. 22. *Scriptum est enim*; quo-
niam Abraham duos filios habuit; vnum
de ancilla, & vnum de libera, &c. Hæc
enim (inquit) sunt duo testamenta per al-
legoriam dicta. Loquendo de tempore
præ-

Ad Ga-
lat.

BREVIS TRACTATVS. 83

præsenti; correspondet ei sensus tropologicus, seu moralis; videlicet id, quod per omne tempus agere debeamus; nempe amare Deum, & proximum. Loquendo de tempore futuro; correspondet ei sensus anagogicus; videlicet id, quod post vitam præsentem expectamus, scilicet, salutem, & gloriam. Sit exemplum: Hæc vox, *Ierusalem*, continet in se quatuor recensitos sensus: In sensu litterali; Ciuitatem illam significat, in qua Christus fuit crucifixus: In sensu allegorico; significat Ecclesiam militantem: In sensu tropologico, & moralis; animam fidelem Deo obsequentem: & in sensu anagogico; Patriam paradisi.

Hæc triplex diuisio sensus mystici correspondet triplici virtuti theologicæ; fidei, scilicet, charitati, & spei. Per allegoriam enim excitatur fides; dum, quæ gesta fuerint in testamento veteri, credimus, adimpta fuisse in testamento novo. Per tropologiam inflammatur caritas: ait namque Apostolus ad Rom. 15.8.4.: *Quæcumque enim scripta sunt, ad Rom. nostram doctrinam scripta sunt.* Per anagogiam excitatur spes: quandoquidem seruanti leges, spes inest æternæ salutis; ut etiam Apostolus ait ubi supra: *Quæcumque scripta sunt Sc̄., ut per patientiam*

84 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

tiam , & consolationem scripturarum spem
babeamus.

Item quia finis Sacrae scripturæ est, ut
per eam dirigatur homo in cognoscen-
dis, & agendis , & sic tandem perueniat
ad optatum finem, scilicet ad gloriam ;
ideo per allegoriam docet notitiam
credendorum ; per tropologiam , agen-
dorum ; per anagogiam sperandorum .
Conuenienter ergo Sacra doctrina , seu
Sacra scriptura habet sensum litteralem
cum triplici sensu mystico ; quia veritas
prima, de qua est ipsa doctrina, in se tri-
na est, & una: Vnde per appropriationem
Anagogicus refertur ad Patrem; Allego-
ricus refertur ad Filium ; & Tropologi-
cus ad Spiritum sanctum . Ita Alexander
Aleens. in summa parte 4. . 91.

Quarto dicitur, quod sensus litteralis
est ille, qui per voces, & verba primo in-
tenditur a Spiritu sancto , siue in natura-
li, propria , & historica significatione
considerata ; siue in metaphorica , &
trans'acitia . Hæc definitio est diuini Au-

August. gustini lib. 2. de doctrina Christiana cap.
19 , quam sequuntur multi alij Docto-
res; ut cum dicitur : *Non alligabis os boue*
trituranti. Pauli 1. Corinth. 9.n.9. Sensus
1. Co- litteralis sunt ista verba dicta , ut sonant.
rinih. *Dixi in metaphorica , & translatitia-*
signis

BREVIS TRACTATVS. 85

significatione : nam quandocumque non potest elici sensus litteralis rationabilis iuxta corticem litteræ, tunc recurrendum est ad translatitiam significationem ; Ut cùm dicitur : *Ierunt ligna, ut vngere super se Regem.* Iudicum. 9. n.8. In hac *Iudic.* scriptura sensus litteralis non potest elici iuxta corticem litteræ , ideo sumitur translatius ; scilicet , quòd populi Si- chem iuerunt vngere Regem . Similiter : *Si oculus tuus scandalizat te , erue eum.* Matth. 18. num. 9. Sensus litteralis est translatius , scilicet , ut mortifices eum.

Sensus mysticus , & spiritualis est ille , qui continetur sub rebus significatis per voces , quasi sub umbra , & figura , & à Spiritu sancto secundariò est intentus ; ut cùm dicitur : *Non alligabis os bani trituant.* Pauli ubi sup. quòd mysticè de Prædicatoribus intelligitur , scilicet , quòd Prædicatores viatu , & vestitu debeant sustentari .

Dicitur Litteralis , quia importat id , quod littera sonat , & quod primò intenditur à Spiritu sancto ; & quæ gesta fuerint , ostendit . dicitur Spiritualis , & My- sticus ; quia latet , & est absconditus in littera , sicut spiritus latet in corpore . di- citur Allegoricus ; quia per ipsum exer- cemus fidem ad credendum , & docet nos quid

86 DE SENSIB.SAC.SCRIPT.

quid debeamus credere . dicitur Tropo-
logicus , & Moralis ; quia docet nos quid
debeamus agere in ordine ad Deum , &
proximum . dicitur Anagogicus ; qui
per ipsum exercemus spem ad futuram
gloriam obtinendam , & docet nos illam
sperare . totum hoc continetur in his
duobus carminibus Lirani in prologis
Bibliae .

Liran. *Littera gesta docet ; quid credas Alle-
goria*

*Moralis quid agas , quò tendas . (vel quid
speras) Anagogia .*

I. Co-
rinth. Quod autem Sacra scriptura plutes cō-
tineat sensus ; probatur ex diuo Paulo I.
Corinth. 10.n.11. aiente : *Omnia in figura
contingebant eis . Ex quo sequitur , in fi-
gura inueniri figuram , & figuratum , &
per consequens , aliud esse sensum figu-
ræ , & aliud figurati ; & aliud importari
per voces , & aliud per res ipsas . Ita*

Ioann. apud Ioannem . 19.n.37. dicitur : *Os non
communuetis ex eo ; qui locus exponit
tum de agno paschali veteris testamenti ,
tum de Christo Domino noui testamēti .*

Ad Ga-
lat. Et ex eodem Paulo ad Galatas 4.n.22.
habetur : *Quoniam Abraham duos filios
habuit : unum de ancilla , & unum de libe-
ra ; sed qui de ancilla , secundum carnem
natus est : qui autem de libera , per repromis-
sio-*

BREVIS TRACTATVS. 87

sionem, quæ sunt per allegoriam dista. Hec enim sunt duo testamēta &c. Hoc idē confirmatur auctoritate s. August. to. 3. lib. 1. in Genesim ad litteram cap. 1. inquietis: *August.*
In omnibus Sanctis libris intueri oportet, quæ ibi aeterna intimentur, quæ facta narrantur, quæ futura prænunciantur, & quæ agenda præcipiantur, vel moneantur. Et Hiero-
Hieronymus de lib. Apoc. 5. ait: *Quot nym.*
verba continet, tot ibi sunt mysteria; ac de-
nique ratione probatur. Nam si humana
mens est ita grauida, & fœcunda, ut for-
mate valeat vocem aliquam, per quam
simil plura importantur; ergo hoc modo
præstare potest Spiritus sanctus, cùm sic
ipsa mente humana longè fœcuadior.
Maior patet; quia solemus nos hanc vo-
cem, *Lupus*, quæ vnicæ est in se, adaptare
ad significandum non solum animal il-
lud vorax, sed etiam homines rapaces,
de quibus aiebat Christus Dominus,
Matth. 7. n. 15. *Venient ad vos in vesti-
mentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi* *Matth.*
rapaces. Ergo bene probatum remanet,
Sacram scripturam plures habere sensus.

Quintò dicitur, quod in omni loco
sacræ scripturæ reperitur sensus littera-
lis; nam aliter videretur absurdum, & vi-
deretur, Spiritum sanctum non esse ita
fœcundum, si in omni loco scripturæ
non

88 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

non præbuisset nobis sensum litteralem.
Nam quandocunque sensus litteralis nō
potest elici ex corticæ litteræ, tunc est re-
currendum ad translatitiam significatio-
nem, & ille erit sensus litteralis ; sed non
in omni loco Scripturæ adest sensus my-
sticus ; vt in Deuteronomio. 5. & 6. n.6.
**Deute-
ron.** habetur, vbi dicitur : *Diliges Dominum*
Deum tuum ex toto corde tuo.

Vtrum idem locus Scripturæ plures
possit habere sensus litterales.

Respondetur affirmatiuè . patet in

Osea. Osea. 11.n.2., vbi ait Dominus: *Ex Ægy-
pto vocai filium meum*; qui locus littera-
lis exponitur à Litano in cap. 2. Matth.

Liran. tūm de populo Hebræo reuocato *ex
Ægypto* de ieruitute Pharaonis ; tūm
etiam de Christo Domino . Item in Da-

Daniel. niel. 9.n.27. habetur : *Et erit in templo
abominatio desolationis , & usque ad con-
sumationem , & finem perseverabit desola-
tio;* qui locus intelligendus est , tūm de
desolatione Ierosolimitana sub Antioco

**1. Ma-
chab.** Rege ex p. Machabæorum. 1.n.48.,49., &
50., tūm etiam tempore Titi , & Vespasia-
ni ; & sic de alijs potest intelligi.

Quæres : cùm plures sensus litterales
concurrant in aliquo loco , quisnam erit
præferendus? Respondetur primò illum
eße principaliorem , qui magis accedit
ad

ad proprietatem verborum , siue translatitudinem, & metaphoricam, siue naturalem. Secundò , illum esse principaliorem , qui est magis de intentione Spiritus sancti, & hoc potest sciri ex declaratione Conciliorum, & Ecclesiaz, & ex Patrum consensu: Item ex antecedentibus, & subsequentibus : ac denique ubi miraculum intercedit, sed quò minus fieri poterit.

Sed quisnam sensus sit præstantior , & nobilior, litteralis , an mysticus?

Respondetur, quod formaliter loquendo omnes sunt æquè præstantes , & nobiles , dum omnes sint intenti à Spiritu sancto; quia omnes diriguntur ad Deum, siue mediatè, siue immediate : materialiter vero, subiectivè, & pro substrato contingere solet, ut unus sit nobilior, & præstantior altero : nobilitas enim sumitur à nobilitate conceptuum , qui significantur per voces: ut cum dicitur p. Corinth. 9.n. 10. Non alligabis os boni trituranter; & inde, Numquid Deo est cura de bobus . Hic quidem sensus est litteralis, sicut litteras sonant ; nam de bove litteraliter intelligitur; at mystice de præparatoribus est sumendus ; sed quia constat , rationalem creaturam esse nobiliorem brutali ; hinc sit , quod hinc sensus mysticus nobilior sit litterali: & sic dicendum de alijs con-

I. Corinth.

G simi-

90 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

similibus in Scriptura notatis. Item quan-

Cyrill. dòquidem Cyrillus comparat sensum

spiritualem diuinitati Christi , & littera-

Origen. lem humanitati. Et Origènes sensum

mysticum animæ , & litteralem corpori:

ergo sicut anima est nobilior corpore, &

diuinitas humanitate Christi ; ità sensus

mysticus est nobilior litterali . Quandò-

que sensus litteralis est nobilior mystico:

primò ; quia primò intenditur à Spiritu

sancto; mysticus verò secundario : secu-

dò ; quia sensus litteralis est fundamen-

tum sensus mystici : tūm etiam ; quia lit-

Hebre. teraliter habetur Hebræorum 13. nu. 13.

Christum passum esse extra portam; hic est

I. Petri, sensus litteralis. At Petrus epist. I. cap. 2.

n. 21. subdit , mystice , & moraliter lo-

quendo, dicens : *Vos eadē cogitatione*

armamini: Nam Christus passus est pro no-

bis, vobis relinquens exemplum, ut se qua-

mini vestigia eius . Sed passio Christi est

nobilior nostra passione, & impropositio:

ergo sensus litteralis est nobilior sensu

mystico. Concludimus ergo , taliter se

habere sensum litteralem, & mysticum,

ut se inuicem excedant , & modò unus,

& modò alter sit præstantior.

Sed quinam horum est certior. Respo-

detur , quòd loquendo de certitudine

quò ad se, omnes sensus sunt æquè certi,

dum-

BREVIS TRACTATVS. 91

dummodo sint intenti à Spiritu sancto ;
Nam Spiritus sanctus est Spiritus verita-
tis: loquendo verò quò ad nos , sensum
litteralem esse certiorem ; quia prior est
evidentia sensus litteralis,quam mystici;
quia certitudo istius supponit certitudi-
nem illius : tñm quia sensus litteralis
comparatur à Patribus , & Doctoribus
corpori; & sensus mysticus , & spiritualis
comparatur animæ , & spiritui ; sed cer-
tius est nobis corpus , quam anima , &
spiritus : ergo certior est sensus littera-
lis, quam mysticus.

Dices Paulus 2.Corinth.3.num.6.ait: 2.Cog.
Littera occidit ; Spiritus autem vivificat; Corinth.
ergo absolute sensus mysticus erit nobi-
lior , & præstantior litterali . Responde-
tur , quòd tunc littera occidit , quando
sumitur spectando corticem litteræ iuxta
grammaticalem intelligentiam,continen-
tem sensum irrationalib[us] , & damno-
sum ; & tunc debet sumi littera non in
significatione naturali , sed in significa-
tione translatitia . Secundò dico , quòd
Paulus per litteram non intelligit sensum
litteralem ; quia sensus litteralis est in-
tentus à Spiritu sancto , sed intelligit lit-
teram, ut sonat .

Sextò dicitur ; necessarium esse nou-
similiciter , sed secundum quid , idest

G 2 vtile,



92 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

vtile, Sacram scripturam vti parabolis, ac metaphoris: Nam istæ sunt vtile, ut simplices, & rudes intelligent ea, quæ absque ipsis capere non possunt. Item expedit sic occultari sensus propter infideles, atque hostes nostræ fidei, ne ipsi illudant Sacram scripturam: & denique ad domandanam superbiam nostram, ne fidamus propriæ nostræ intelligentiæ eam explanare.

August. Est autem Metaphora usurpata trāslatio alicuius verbi de re propria ad rem impropriam. Ità Augustinus lib. 3. contra mendacium cap. 10., vt in Daniel. 8. n. 5. habetur: vbi dicitur: *Hircus Capraturum veniebat ab occidente;* quod de Alessandro magno metaphorice est sensus litteralis.

Matth. Circa easdem parabolas duæ partes considerandæ sunt: una rei, quæ adducitur in similitudinem: & altera, quæ continent applicationem similitudinis. Exemplum sit penes Math. 13. n. 33. vbi dicitur: *Simile est Regnum Cœlorum fermento,* quod acceptum mulier abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum; per hæc dicta verba habetur prima pars; secunda autem pars habetur: quantum ista verba continent mysterium absconditum sub ipsis; videlicet prædi-

ca-

BREVIS TRACTATVS. 93
cationem Euangelij, quæ cùm fiat vni
Ciuitati, disseminatur per multas.

Quæritur modò, quantum istarum par-
tium sit sensus litteralis? Respondeatur, in
hoc esse dubium; nam alijs dicūt primam
partem, eo quod historiam continet: alijs
verò secundam; quia illud est principale
intentum à Spiritu Sancto, nempè appli-
catio historiæ; tamen utramq; partem,
probabile est, habere sensum litteralem.
Ità Vasquez 1.par.disp.15.c.4. : & S.Bo- *Vasq.*
nauentura inquit, quòd sensus paraboli- *s. Bonavent.*
cus continetur sub litterali: littera enim uent.
aliquid significat propriè, & aliquid fig-
uratiuè: Nec est sensus litteralis ipsa
figura, sed id, quod est figuratum.

De parabolis verò loquendo; docet
Alphonsus de Castro lib.1. aduersus hæ- *Castro*
res cap.3., eas tripliciter se habere. Ali-
quando enim continent rem ipsam, quæ *Matth.*
in similitudinem adducitur, ut in Matth.
13.n.33.dicitur: *Simile est Regnum Celo-* *Matth.*
rum fermento, quod acceptum, &c. ut supr.
Siue in Matth.13.n.31. *Simile est Regnum Matib,*
Cælorum grano Sinapis, &c. Aliquando
continet rem possibilem fieri ut in Matth.
20. n.1. dicitur: *Simile est Regnum Celo- Matib,*
rum Patri familias, qui exiit primo mane
conducere operarios in vineam suam. Nam
Ita agi solet in excolendis turibus. Ac

G 3 de



94 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

denique continent rem impossibilem, li-
cet adducantur in similitudinem, ut in
libro Iudicum. 9. n. 8. habetur; vbi dicitur:
Ierunt ligna, ut vngerent super se Regem.

Iudic.

Septimò dicitur; quod vitetur etiam
Sacra Scriptura hyperbolis, qualis est il-
la Genesis. 11. n. 4. *Faciamus nobis Cini-
tatem, & Turrim, cuius culmen pertingat
ad Cælum.* Nempe turrim miræ celitudo-
nis. Vitetur Ironia, iuxta illud Genesis. 3.

Genes.

n. 22. vbi dicitur: *Ecce Adam, quasi unus
ex nobis factus est.* Nempe contrarium
ei accidit, & aliter quidem, quam cogi-
tauerat. Vitetur Antiphrasi, quæ est vi-
tupatio contrariae frasim; ut in Job. 2. n. 10.
habetur, vbi dicitur: *Benedic Deo, &
morere, id est, maledic.* Vitetur denique
Tropis, & figuratis locutionibus; & in
his omnibus, & similibus sensus littera-
lis est ille, quam voces important non
in significatione naturali, & propria, sed
translatitia. Consimilia sunt verba Chri-
sti Domini Matth. 19. n. 12. inquitentis:

Job.

Matth.

Sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt pro-
pter Regnum Cœlorum; vbi non est sensus
de castratione corporea, & cruenta, sed
de obseruatione castitatis. Item Lux 8.

Luce.

n. 5. dicitur: *Exiit, qui seminat, seminare
semen suum;* & non est sensus de rustica
seminatione facienda in agro; sed de se-

mis



BREVIS TRACTATVS. 95

minatione verbi Dei, per Euangelicam
prædicationem in cordibus audientium.

Item Ieremiæ. 1.n.11.dicitur: *Virgam vi-*
gilantem ego video; non est sensus iuxta
corticem litteræ, caret enim lignum ocu-
lis, quibus vigilat; sed sensus est, quod
Deus vigilabat super populum; ut ibi ex-
ponit Scriptura. Item Ioannis. 15.num.1.

Ego sum vitis vera, & Pater meus agrico-
la est, & vos palmites. Non est sensus de
vera vite corporali, siue de palmitibus
corporeis, siue de rustica agricultura, sed
mysticè intelligenda sunt omnia, prout
exponit Augustinus tractatu 8. in Ioan-
nem, dicens: *Dicitur vitis per similitudi-*
nem, non per proprietatem. Confirmat ro-
tum hoc idem Augustinus lib.3. de do-
ctrina Christiana cap.10. dicens: *Quid-*
quid neque ad morum honestatem, neque ad Augusti
fidei veritatem referri potest, figuratè, &
metaphorice accipiendum est.

Est aliis sensus in Sacra scriptura, qui
dicitur per accomodationem. Est autem
exponere Scripturam sacram per acco-
modationem extendere, seu applicare
verba, seu gesta eiusdem Scripturæ sacræ
ad rem illam, cum qua habet similitudi-
nem. ut cum dicitur in Ecclesiastico. 44.
n.17.de Noë: *Quod inuentus est iustus, &*
in tempore iracundia factus est reconcilia- Ecclesi

96 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

tio. Hæc autem verba Ecclesia accomo-
dat ad Confessorem Pontificem. Item

Zach.

Zachariæ . 4. n. 14. de Iesu sacerdote filio
Iosedech, & Zorobabel duce Iuda dici-
tur : *Isti sunt duo filii olei* , qui assistunt do-
minatori vniuersæ terræ. Hæc tamen ver-

Apoc.

ba Ioannes Apost. Apocalypsis 11. nu 4.
accomodat ad Enoch, & Eliam, inquiens :

Hi sunt duæ oliuæ , & *duo candelabra in*
conspictu Domini terræ stantes. Ità tradit
Gregorius, & alij ; quæ etiam verba Ec-
clesia accommodat ad sanctos martyres

Greg.

Ioannem, & Paulum.

Hic autem sensus per accommodatio-
nem non est relinquendus; quia licet sim-
pliciter non sit intentus à Spiritu sancto,
intenditur tamen à Spiritu sancto per ac-
commodationem. Non est intentus nec pri-
mariò litteraliter, nec secundariò mysti-
cè , quia si aliquo ex his modis intende-
retur , sequeretur , quòd vel esset littera-
lis, vel mysticus ; & ità vel esset allegori-
cus , vel tropologicus , vel anagogicus ;
quòd non est dicendum .

Ecclæs.

Regula autem eliciendi sensus ex Sa-
cra scriptura est , ut habeatur primò ti-
mor Domini; quia inquit Ecclesiasticus .
1. n. 16. *Initium sapientiae est timor Domi-
ni*. Item postulandus est à Deo, & ad ip-
sum orare, & jejunare ; quia inquit Iaco-
bus

BREVIS TRACTATVS. 97

bus in sua Canonica cap. I. n. 6. Si quis *Iacob.*
autem vestrum indiget Sapientia, postulet
a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non
improperat. Item non est fidendum pro-
prio ingenio; quia inquit Petrus Epist. 2. *Petri.*
cap. I. n. 20. *Omnis prophetia Scripture*
propria interpretatione non sit, sed consu-
lendi sunt Sancti Patres, & Concilia, ut
decretem est a Concilio Tridentino ses-
sione 4. in decreto de lectione librorum.
Item quando non potest elici sensus ex
naturali, & propria significatione vo-
cum, recurrendum est ad translatiām
significationem, ut etiam suprà dictum
est. Item non debemus recurrere ad tro-
pos, & figuratas locutiones absque ne-
cessitate, cùm ipsi plures torqueant Sa-
cram scripturam; sustinendo expostio-
nes tales esse litterales, cùm minimè sint:
ut fuit notatus Origenes à diuo Hiero-
nymo in Epist. ad Pamachium, qui plan-
tationem paradisi terrestris ità expone-
bat, ut pro arboribus intelligerentur An-
geli, & pro flumine virtutes celestes. Et
alius etiam fuit notatus, qui ad litteram
exponebat illum locum Ioannis 18.n.25. *Ioann.*
quod Petrus erat frigidus, non frigore
hyemis, sed frigore charitatis. Item
quando in Sacra scriptura sunt aliqua
gesta minus digna, tribuenda sunt homi-

ni-



98 DE SENSIB. SAC. SCRIPT.

nibus prauis, vel serpenti . Item quando aliquis locus est obscurus, recurrendum est ad loca p^{re}cedentia, vel subsequentia,

augusti. prout docet Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana cap. 36. Item oportet, ut

fit theologus, philosophus, logicus, atq; grammaticus, qui eam interpretatur, ut

Augusti. idem Augustinus ibidem cap. 31., & *Scotus.*

tus in 3. dist. 24. q. 5. Item opus est pluri-
ma intelligentia, & cognitione rerum;

scientia proprietatum rerum naturalium:
callere debet dicta Sapientium, & poeta-

rum, ut notat Paulus Ad Cor. 17.n.28.
dicens : *Et quidam vestrorum Poetarum*

dixerunt. Item denique prodest intelli-
gentia linguarum, Conciliorum, decla-

rationum Ecclesiae, & Summorum Ponti-
ficium, ut idem Concil. Trid. vbi sup. do-

Trid. cet. & hoc mihi videtur sufficere, & satis
dixisse breuitatis causa. Et laus DEO

Trino, & Vni, & Beatae Virginis Mariæ,
& Beato Francisco, qui mihi vim dede-

runt huius breuis materiæ finem ponere,
& si in aliquo erravi, remitto me semper

pedibus S.R.E.

F I N I S.

APPROBATIO
HVIUS OPVSCVL.

Judico imprimi posse si Reue-
rendiss. Vicario Capitulari videa-
tur.

Dominicus Ant. Coragius
Soc. Iesu Deput.

IMPRIMATVR.

F. VERDE VIC. CAP.

IMPRIMATVR.

CARRILLO REG.

Montecoruinus.

De

DE mandato Reuerendissimi
mi Patris Commissarij
Generalis examinaui supradictū
opusculum de Prædestinatione,
Scientia media, &c., doctè, di-
lucidè, & compendiosè, compo-
sitū à Reu.P.Alberto Fontana, &
nihil in illo reperi, quod sānè fi-
dei aduersetur, in quorum &c.
Datum in Regio Monasterio S.
Mariæ à Noua hac die 26. Apri-
lis 1689.

*Fr.Ludouicus Maria ab Ameno
Sacrae Theolog.Lector emeritus.*

Dc

DE mandato eiusdem Commissarij Generalis eiusdem Ordinis Minorum de Observantia, & Reformati, examinavi, & reuidi supradictum opusculum de Prædestinatione, &c. doctè, & compendiosè à P. Alberto Fontana eiusdem Ordinis: Prouinciæ verò Terræ Laboris compositum; & nihil contra fidei veritatem, ac bonos mores repetiri; quapropter Typis mandari posse iudico. Datum Neapoli in Regali Conuentu S. Mariæ Novuæ die 22. Maij 1689.


F. Bonaventura Poverius à Tarnis Lector iubilatus, & Diffinitor Generalis Ord.





Inhouse=3

D





D E
P RÆ D E S T I N A T I O N E
B R E V I S T R A C T A T V S

Vbi etiam

De scientia media, de sensibus Sa-
cræ Scripturæ breuiter, & com-
pendiosè agitur.

A. R. P. F. ALBERTO FONTANA

A N E A P O L I

Theologo, Prædicatore, Lettore, & Sacra
Inquisitionis Neapolitani Regni No-
tario, Ordin. Fratrum Minorum
S. Francisci de Observantia
elaboratus.



NEAPOLI, M. DC. XC.

Ex Typographia Francisci Mollo.

Superiorum facultate.